EMPYRICA
Ad Scrupulos curandos
REMEDIA.



SANCTVS MARTINVS

EMPYRICA
REMEDIA SALUTARIA
Ad curandum morbum graviſſimum
SCRVPVLORVM
Ut ſanitati reddantur perfectiſſimæ
SCRUPULOSI:
Utque in via vitaque ſpirituali Tyrones inſtituantur;
vera, breviſque methodus,
EX SACROSANCTAE SCRIPTVRAE; SACRIS CANONIBUS; Probatiſque Patrum, atque Doctorum ſententijs,
Adverſus hujuſmodi ſcrupuloſitatis vitium excerpta: Ne Antidota deficiant tanto morbo.

OPERA, OPEQVE V.I.D.
INNOCENTII ASCONAVA N.C.A.
Qui ſub tutelari Pallio
SS.D.N. INNOCENTII XI. P.O.M.
Sanctæque Matris Eccleſiæ cenſura, ipſiſmet
Scrupuloſis dirigit Opus.
Anno Noſtræ Redemptionis 1686.

Venetijs, Typis Zaccariæ Conzatti. *Superiorum Licentia.*
Sumptibus Ill. D. Præſid. Canale.

BEATISSIME PATER.

OPus, quód non Medicus, nec medici Filius sum aggressus; Te, summo Animarum Medico, sũmo Christianæ Gregis Pastore, summo Mundi totius Patre familias, Ecclesiæ Summo Principe, Principis Omnipotentis Vicario, Petriq; Clavigeri absolutissimo successore; Te, inquam, Tutelari meo Amplissimo, Benedictionem impertiente, Gratiã impetrante, Virtutemque operi proportionatam, meritis tuis elargiente; spero me feliciter expleturum.

Morbum Scrupulorũ gravissimũ, quo sæviente nõ Pauci pereunt, altis adhùc radicibus in optima millenorum Ecclesiæ Filiorum terra defixũ, non sinè lachrymarum dispendio, sum expertus: misertusque, Hominũ despectissimus, Tantorum excidia;

Remedia prò viribus exquiſivi; nè validior fieret; incenderetque ſylvam Eccleſiæ magnam, ab exiguis jam incunabulis, nunc oppidò tandem excretus ignis. Sed oh utinam! medicæ hujus Artis ſublimiſſimæ Peritus eſſem; qui verè indigus ſum omni arte; omnique peritiâ ſpoliatus. Quã autem non didici in ſcholis Theologicis Facultatem; grandi diù laborantis ingenioli mei ope; factus apud Magiſtros ſublimiores Artium longo Pediſſequus ævo Empyricus tandem, niſi verè Medicus, nonnulla, ſudorum pretio, remedia comparavi; quibus hoc lethali morbo Gravatos, ſpero, ſummo tamen Medico opitulante, ſanitati poſthàc perfectiſſimæ reddituros.

Sit itaque Ipſe Pater Luminum, ex quo omne datum optimum, omneque deſcendit donum perfectum;

qui

Qui opus aggredi jussit; sit inquam opus ipsũ perficiens, Princeps Deus: Te interim Patre Beatissimo, Ejus in terris vices gerente, meas, quales quales exiguæ ipsæ sint, industrias acceptante; Benedictionemque, quam flexis poplitibus flagito, mihi Filiorum indignissimo largiente: ut ex Ipsa, & per Ipsam, & in Ipsa sim felix.

Fratribus suis charissimis, scrupulorum morbo gravatis, vilissimus Auctor operis salutem à Dom. apprecatur.

GRandis morbus, & grandia quidem necessitat medicamina; & grandem oppidò AEgri obedientiam expostulat; ut quàm citiùs diluatur. Quid erit autem, ùbi nec grandia habeat Peritus ipse, qui porrigit, salutis antidota; nec grandem præstet Morbosus ipse, qui recipit, Obedientiæ qualitatem? Non absimiliter Ambobus planè continget, ab Illis, de quibus textus Evangeliorum edisserit: si cœcus cœco ducatum præstet; ambo in foveam cadent. Ille videlicet, dum cœcus ductor: Hic verò, ùbi ductus in cœcitate. Cœcus quippe erit Medicus; qui nesciens quid ministret; ministrat quæ non

apta

apta fortè sunt medicamina ad salutem. Cœcus & quidem erit Ægrotus, qui virtutū maxima spoliatus, extra obedientiæ semitas devius gradiens, in tenebris ambulat, miserabiliter fascinatus. Ergo nè Ambo peribimus: Ipse nempè ex imperitia; Vos ex inobedentia? Id quidem de Vobis suspicari, Fratres, nō audeo: quin imò ultrò obedientes credo; quos omni Virtute prædito s non addubito. De me verò illud licèt possim asserere, dum veraciter imperitus ad omne; tamen quia Vilis sum in oculis meis, nec alta sentio de me ipso, sed timeo: ex ipsa nihileitate timore mixta, spero me à scripturis sanctis illuminandum adeò, ut à Sanctis Patribus, scolasticisque Doctoribus, Magistris meis, quæque ad vestram utilitatem attinentia medicamina valeam exhaurire; vestris adjutus

ora-

orationibus, ac meritis mediantibus Domini nostri Jesu Christi, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: Quique mihi Sanctorum minimo hæc injunxit, ut Vobis Fratribus meis medicamenta ministrem, quibus ab infirmitatibus scrupulorum resurgere valeatis: ad Laudem Omnipotentis; Qui est Benedictus: Amen.

Quid

Quid ſit ſcrupulus, & in quo differat à dubio.

CAP. I.

QUoniam opus aggredi pertentamus, quod, Deo favente, partibus ſuis integris, ad utilitatem Legentium, tùm autem præcipuè in gratiam Scrupuloſorum, Religioſæque vitæ Cultorum, ſperamus abſolvere; opere pretium ducimus, ut priuſquàm fabricam ipſam totius operis per epycraſim erigamus, fundamenta, quibus ipſa ſubſiſtet moles, ſtabilire nitamur; ne fundamentorum defectu, tota brevi defluat ſuperædificanda ſtructura; ſimuſque ob id omni populo in deriſum. Ut itaque in quâvis explenda diſputatione fieri aſſolet; ut videlicet primum omnium definiatur, quidnam ſit, de quo agitur; ut ea, quæ in ſequentibus pertractanda ſunt, ritè intelligãtur: erit propterea primò primũ Nobis neceſſe, quid ſit ſcrupulus, examinare: ut poſt Maiorũ veſtigia gradiamur.

At

At quia dari omninò non poteſt ſcrupulus, ut ità dicam aèreus; abſquè propria, qua niti valeat, baſi; quæ, Conſcientia propriè eſſe dicitur cujuſvis Hominis timorati: ideò de ipſa Conſcientia aliquid præmittendum putamus, [a] *ex Bonacina*. Conſcientia itaq; non eſt aliud, niſi dictamen rationis, ex quo aliquid vel faciendum vel fugiendum eſſe judicatur. Dicitur autem ipſa conſcientia, dictamen ſivè judicium; quia ex ipſo omne prorſus agibile judicatur, an videlicet aliquid bonum ſit, ſivè malum; an utile vel damnoſum; an turpe vel honeſtum; an omittendum vel proſequendum; an deniquè præceptum illud ſit, vel conſilium: ita ut quidquid ipſa Conſcientia decernit; errore tamen funditus ablegato; id expediat proſequi, id amplecti neceſſe ſit charactere Inſignito fidelitatis; ne ſit in caſu.

[a] Bon. diſp. 2. d. peccat. q. 4. pun. 6. n. 1. & ſeq.

Conſcientiam autem eſſe multiplicem, [b] *ex eodem Bonacina* neceſſariū ducimus aperire: Rectam videlicet; Erroneam; Dubiam; Probabilem; & Scrupuloſam.

[b] Idem Bon. vbi ſupra.

Con-

Conſcientia recta eſt illa, quæ dictat & judicat, quod verum eſt, ſivè bonum illud ſit, ſivè malum; malum ipsũ à bono diſcernens: nihilque ſtabiliens, quod non in rectitudinis æquilibrio ſit appenſum. Conſcientia erronea illa eſt, quæ aliter aliquid dictat, quàm verè ſit: ut ſi dictet, bonum eſſe, quod malum eſt; aut malum eſſe, quod bonum: ac propterea dicitur dictamen falſum rationis, quia cum errore contingit intellectus. Conſcientia dubia illa eſt, quæ nequè aſſentit, neque diſſentit; ſed anceps manet, & quaſi in æquilibrio; nihil ponens in eſſe certum: timore perterrita, nè incidat in errorem. Conſcientia probabilis illa eſt, quæ aſſentitur, & adhæret uni parti, ſed cum timore, & formidine partis adverſæ; timens, & ipſam oppoſitam partem veram eſſe; ob idque illi injuriam poſſe fieri: licèt probabiliorem habeat illàm, quam eſt amplexa. Scrupuloſa tandem Conſcientia illa eſt, quæ uni parti adhæret, non ſinè gravi formidine partis adverſæ, orta ex levi motivo, minuſque ſuf-

fici-

ficienti fundamento. Nascitur autem hæc ex quadam animi pusillanimitate: timens ubi verè non est timendum; prò ut ibi apud Psalmistam [c] *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor*.

[c] Ps. 13. 5.

His autem ità præmissis; facili potest methodo colligi, quid sit scrupulus; quid dubium; quid scientia; quid tandèm sit opinio probabilis: tametsi de his omnibus, antequàm ad fusiorem Scrupuli definitionem accedamus, tanquàm ad proprium propositi nostri subiectum; nonnulla item elucidanda putamus. Scientia itaque illa est, quæ in nullo anceps est, nihil ambigit, nihil habet obscurum, de nulla re dubitat; illamque, cui hæret, probatam habet: nam si secùs; non erit porrò scientia, non erit claritas patens, non erit probata veritas; sed dubium, ex quo animus anceps redditur, ac timorosus.

Dubium quippè illud propriè, verèque dicitur, quod scientiâ caret, ac certitudine: ità ut nullum habens fundamentum, quo innitatur; neque assentiri valet, nec dissentire; sed in æquili-

brio

brio permanens; in neutram partem inclinat. Et licèt aliud detur dubium, quod suspectam habens utramque partem, nulli inclinare videtur; tamen quia nonnunquàm uni magis adhæret, quàm alteri; id potius suspicio tunc dici potest, quàm dubium: nam verum & absolutum dubium, ut præmisimus, manens in æquilibrio, nec ad dexteram inclinat, nec ad sinistram.

Opinio verò, assensus est partis unius, cum aliquo tamen timore alterius partis: ut videlicet, si Quis asserat, posse Superiorem à reservatis absolvere, non audita integra confessione, mittendo Pœnitentem ad Inferiorem, sivè alterum sibi subditum prò reliquis non reservatis. Hic ergò, non dicitur uel errare, uel in dubio esse, id asserens; sed opinionem probabilem habere: quoniam Aliquorum sequitur opinionem Doctorum id asserentium, illisque adhæret; licèt non sinè aliquo timore de veritate oppositæ Aliorum sententiæ.

Ex dictis autem patet differentia inter opinionem, suspicionem, ac dubium.

Nam

Nam dubium excludit assensum utriusque partis; nulli prorsus earum inclinans. Suspicio licèt in neutram inclinare videtur; tamen uni adhæret magis, quàm alteri. Opinio autem assensum unius partis includens; non omninò timore vacat partis adversæ: quæ licèt nec superet quidem, neque præponderet; aliquid tamen formidinis incutit: ità ut animus aliquandò videatur in ipsa cogitatione aliquatenùs vacillare.

Ad Scrupuli igitur, his exactis, definitionem devenientes, [d] *ex ipso Bonacina*, primùm dicimus, esse levem quandam suspicionem, ex levioribus fundamentis, ac rationibus ortam, quâ quis putat aliquid esse peccatum, quod re ipsâ non est. Non quod assensum excludat Scrupulus partis oppositæ; sed quod efficiat Scrupulosum aliquantulùm ambigentem, ac fluctuantem circà partem adversam, ob magnam quandam apprehentionem, seù potiùs larvatam apparentiam in contrarium ortam ex levissimo fundamento: ut videlicet, gratiâ quidem exempli, suspicatur Quis

[d] Bonac. vbi supra.

ex aliquo levi fundamento, peccatum esse, spuere in Ecclesia, putans fortè indè inreverentiam irrogari loco Sacro; Hic dicitur verè habere Scrupulũ, quia dum scit non esse absolutè peccatum, illud spuere in Ecclesia; ex levi tamen fundamento vehementer apprehenso, cogitur aliquantulùm ambigere, & hæsitare, nè fortè peccatum sit, quod verè non est peccatum. Hæc autem fluctuatio, vel titubatio, ità interdùm crescit, ut inducat hominem ad agendum, vel omittendum, quod agere vel omittere non tenetur. *Hactenùs ex Bonac. Rodriquez verò* e cernens apud Aliquos paucam dari differentiam interScrupulum,& dubium; quæ veraciter non omninò parva est: Regulam certam ponit ad discernendum Scrupulum ipsum à dubio; ut Scrupulosis ipsis magis consulere videatur. Dubium itaque illud est, quando intellectus non magis in unam, quàm in alteram partem inclinat. Scrupulus verò est argumentum, vel apparentia, quæ intellectui repræsentatur contrà id quod scit; quod lati-

e Rodriq. q. Reg. tom. 3.qu.66.

nè vocatur ſcientia: vel contrà id quod firmiter credit ; quod latinè dicitur Fides , ſivè credulitas ; vel contrà id quod ipſe cogitat verum eſſe , etiam ſi id firmiter non credat ; quod latinè dicitur opinio : vel contrà id quod intellectus neque tenet prò vero , neq; prò falſo; quod latinè dicitur dubietas, vel dubitatio ; pro ut latè proſequitur *Navarrus* in multis doctrinæ ſuæ locis : inferens , quod licèt nulli horum quatuor,ſcilicet Fides,Scientia , Opinio , & Dubium,inter ſe compatiantur; ipſe tamen Scrupulus aliquo modo omnibus compatitur; eo quod non ſit, niſi argumentum , vel apparentia , quæ contrà illa quatuor poteſt haberi . *Hæc Rodriquez* . *Et Reginaldus* : [f] Scrupulum,ait, à quo dicitur conſcientia ſcrupuloſa , Homines improbi malè confundunt cum ſyndereſi:Probos Viros, ejuſdem ſyndereſis ductum ſequentes in agendo,Scrupuloſos, falſo vocabulo , appellantes: cùm tamen verè Scrupulus ille ſit,qui Homines efficit nimis anxiè agere circà ſpiritualia ; quod eſt ſignum Con-

[f] Regin. lib. 13. c. 11. n. 106.

Conſcientiæ timoratæ.Malè etiã Nonnulli (eo quod nomen ſcrupuli,per methaphoram, à lapillo, qui in calceo pedem pungens, remoratur, & aliquali moleſtia homines afficit ambulantes, tranſlatum; eſt ad animum) Scrupulum ipſum cum dubitatione confundũt, quâ animus in ſuis actionibus remoratur, ac tedio afficitur; ita ut inquietè, ac nimis anxiè Vitæ dies ducãtur.Licèt autem aliqua ſit utriuſque affinitas,non ſunt tamen idem propriè. Nam dubitatio dicit ignorantiam, per quam animus inſtabilis fluctuat, & anceps hæſitat, quid conſilij capiat, aut ſequi debeat. Scrupulus verò dicit animi motionem in contrariam partem, firmâ de aliqua re prius opinione concepta; qua de cauſa hominem alacrem,promptum, hilaremque in agẽdo eſſe non ſinit; ſed illum angit, perturbat, anguſtiiſque quibuſdam premit, & hærentem atque cogitabundum, nonnunquàm verò inſanienti penè ſimilem reddit; ità ut aliquid quandòque faciat; quod antegreſſa deliberatione faciendum non eſſe

judicaverat; vel cœptum opus intermittat, ac deserat; quod antè perficiẽdũ esse videbatur : sicque tandem postquàm aliquid vel factum, vel dictum, vel cogitatum est, suscitat ipse Scrupulus admissi peccati suspicionem in animo, quâ mens hominis sic angitur, sic pulsatur; ut licèt putet in illa operatione se non peccasse; in ea tamen opinione illum non sinit esse constantem, neq; securum; sed potiùs inquietum, timoreq; perculsum, ac stimulis pungentissimis agitatum. *Hæc ex Reginaldi doctrina*.

Nec multùm quidem distat *ab Alijs Scholasticis*, quorum doctrinas singulas, circà Scrupuli definitionem, hìc siggillatim recensere, superfluum : prò rato semper tamen habentes; Scrupulum, esse formidinem quandam, sivè potius anxietatem animi ingentem, ex levibus causis, sivè coniecturis exortam; ex qua (pro ut prædiximus de lapillo pedem hominis itinerantis retardante, molestiisque afficiente, nisi progressum omninò impediente; *vt apud Ludovicum Carbonarium*: g) ex qua inquàm anxietate

g Ludouic. Carb. sum. Cas Consc. 20. 1. p. 1. 115.

tate Homo à bonis operibus retardatur, ac ſibi ipſi, ne dum Aliis moleſtus redditur. Hinc ergò colligitur, in quo nam differant inter ſe; Dubium, Scrupulus,& Opinio:nam Qui opinatur,credit ſinè ſuſpicione;ob idque in id quod credit,ſinè Scrupulo operatur:Qui verò dubitat, neutri parti aſſentitur; ſicque nec in unam nec in alteram inclinare videtur: Qui autem Scrupulo laborat, uni parti præbet quidem aſſenſum; ſed ob aliquas leves rationes, ſuſpicioneſque ſubortas; ſubdubitat, ac titubat,an benè illi parti aſſenſum ſuum præſtiterit. Quarè Scrupuli propriè verſantur circà veritatis apprehenſionem, non autem circà judicium: ſiquidem Scrupuloſus non trahitur ad conſentiendum alicui rei propter Scrupulos; ſed ab illis anxius redditur ac ſollicitus, ſi benè vel malè conſenſerit;ſciat licèt ſe ipſum ſaniori innixum, non infirmiori: vtpotè ſi Quis obtenta licentia àMedico carnes comedendi tempore quadrageſimali, id ſibi licere exiſtimat; ſed quoniam id non eſt ſibi ex omni abſoluta

parte perſpectum, non nihil hæret, & aliqua ex parte, levioribus aliquibus inſtantibus rationibus, ſubdubitat; eſtq; anxius, utrum ſinè ulla culpa id faciat: indeque ex prædicta animi, vel anxietate, vel perplexitate, conſcientia gignitur Scrupuloſa, quæ propriè dicitur notitia cum formidine: *prò ut fuſiùs apud Sayrum*, [h] *Azorium*, [i] *Reginaldum*, [k] *& Alios*. Horum autem unus, *Ioannes Michael Cõſtantinus Cartuſianus*, [l] Scrupulum peculiariter definivit, quod ſit credulitas quædam, ſeu ſuſpicio, ex levibus conjecturis, & rationibus multum debilibus proveniens: vel ex eo, quod quis audivit ab aliquibus non ſatis fide dignis Hominibus: vel ex timore nimio, & puſillanimitate ſpiritus: vel ex Diaboli ſuſurriis potiùs, quàm ex certa, vel probabili aliqua ratione. Hinc autem, *Laymano edocente*, [m] oritur timor; peccatum alicùbi eſſe, ubi non eſt. Hinc moleſtia oritur, *ex doctrina Alvarez*, [n] quæ inſidens animo, Hominem reddit millenis dubietatibus conſcientiæ agitatum. De his autem ipſi Scrupu-

[h] Sayr. in Cle. Reg. lib. 1. c. 14.

[i] Azor. p. 1. inſt. mor. lib. 2. c. 20.

[k] Regin. ubi ſup.

[l] Mich. Cartuſ. lib. Exerc. Spir. tripl. viæ c. 2. finè.

[m] Laym. lib. 1. tr. 1. cap. 6. n. 1.

[n] Alvar. de vit. ſpir. to. 1. lib. 1. p. 3. c. 12. §. 5.

pu-

pulofo homini judicare, periculofum: nam ferè femper fibi ipfi grave videtur, quod leve eft. Ob idque omninò meliùs ac fecuriùs erit illi, fivè Religiofus ipfe fit, fivè fecularis, ùbi abnegato funditùs ac diftracto proprio iudicio, fe fe Magiftro alteri, benè confcientiato ac timorato, artifque hujus peritiori, tradat examinandum, & gubernandum; illique in cunctis pareat: licèt aliter, ex proprio dictamine, vel deceptum fe credat, vel erroribus implicatum. Hæc autem fatis ad Scrupuli definitionem; quæ tanquàm fabricæ fundamentum habenda. Hinc autem fubfequenter examinandum.

Quot modis Scrupuli contingant.

CAPUT II.

QUàm varij, quã multiplices, quàm fint innumeri Scrupulorum nodi, *vt verbis utar doctiffimi Alvarez*, ° quibus Aliqui illigantur, implicantur, irretiuntur; non eft quidem faci-

° Alvar. vbi fupra.

cilè explicare. Quoſdam enim admiſſorum criminum memoria, & in confeſſionibus Sacramentalibus retrò actis admiſſa negligentia diſcruciat; putantes vel grave aliquod peccatum ſe non fuiſſe confeſſos, vel non apertè explicaſſe; aut aliquam circumſtantiam neceſſariam retinuiſſe; ſivè abſquè debita conſcientiæ diſcuſſione, abſquè maturo examine præcedente, ſinè convenienti dolore, ſinè vero emendationis propoſito, abſolutionem criminum excepiſſe; ac proindè teneri iterum confiteri, iterare propoſitum emendandi, examen diſcuſſionemque maturiorem adhibere, clariùſque ſua facinora Clavibus ſubmittere; ut legitimè è nexibus valeant liberari: quin imò & generalem totius vitæ confeſſionem, talibus ſtimulis agitati, coguntur pluries ac pluries iterare: ſemper timidi, ſemper formidoloſi, ſemper paventes, an fuerint admiſſis piaculis abſoluti; an verò irretiti, *funibuſq; peccatorum circumplexi* p remanſerint, acta confeſſione.

p Pſalm. 118. 61.

Alios verò horrendiſſimarum blaſphe-

ſphemiarum, ſtultiſſimarumque hæreſum, nec non & grauiſſimarum ergà Deum & Sanctos ejus maledictionum cogitationes exagitant; ſeque blaſphemos, & hæreticos putant; ita ut non ad comunes animarum Medicos, ſed ad hæreticæ pravitatis Cenſores, prò obtinenda abſolutione tantorum criminum, ſe teneri putant accedere; & interim ſemper eſſe Deo exoſos, Sanctis injurios, Hominibus graves, gratos Dæmonibus, ſibique ipſis graviſſimè onerosos.

Nonnullos turpiſſimæ phantaſiæ, amariſſimæque omnium generum peccatorum larvæ perturbant, animumque dilacerant, ac diſcerpunt. Hinc nempè onere luxuriæ importabili prægravantur: hinc fumo odibilis ſuperbiæ ſupprimuntur: hinc ſanguinariæ vindictæ aculeis præfocantur: hinc ſtimulis invidiæ agitantur: hinc gulæ titillationibus perturbantur: hinc honorum lenociniis impelluntur: hinc turbâ peccatorum innumerabili, confusè tamen & indiſcretè, ad graviorem animi perturba-

tio-

tionem, oppressi; amarissimè ac ferocissimè lancinantur. Quod autem gravius, & autumant se ab Animæ directore, Patreque spirituali non plenè cognosci; ac propterea de cõsensu gravissimis tãtis facinoribus præstito haud penitùs excusari: & submergi se jugi credunt gravedine peccatorum.

Multos persuasio vexat; ut in õnibus, quę agũt, & cogitãt læthaliter peccẽt: ob idq; ipsa sibi videtur Eucharistię sũptio, peccatorũ cõfessio, sacrosanto Missæ sacrificio interventio, ipsa de rebus spiritualibus Magistrorum interpellatio, ac quæque cætera bona opera, quibus Homines & meritum, & gratiam, & gloriam sibi tandem comparari, non dubium; peccatorum nexibus non vacare: ac propterea à confessione abstinent, ab Eucharistia fugiunt, ab Ecclesijs elongantur, Magistros Patresque spirituales abhorrent, bona opera non exercent, nihilq; loqui, nihil facere audent; se se peccatis gravari in omnibus præsumentes. In tantùm verò solet hæc augeri dementia, eòque miserabiliter deveni-

re

re, ut Hi putēt se esse excommunicatos, suspensos, interdictos, inregulares, funditùsque ab Ecclesiæ communione præcisos; nullumque illis remedium superesse; sed solam esse damnationem diebus posteris expectandam. Sed heù miseros! *Num major erit hominis iniquitas, quàm Dei misericordia, & clementia?* Scimus multò quidem graviùs peccasse Cain, de Divina misericordia diffidendo; stultè dicens, quæ adnotantur in textu: *major est iniquitas mea*, q *quàm ut veniam merear*: quàm verè peccaverit, fratricidium impiissimum perpetrando. Siquidem fratrem occidens, potuit de carnis excusari fragilitate; quâ, uel ex invidia, vel ex livore, vel ex molestia, vel ex altera aliqua causa, potuit ad ejus sanguinem effundendum induci. At Summi Dei misericordiam abnegans; non valuit, nisi ex cordis impietate taxari; quâ hominis malitiam Dei Bonitate atque Clementiâ credidit esse Superiorē. Periit itaq; potiùs ut Deicida, quā fratricida: nam quantùm in se fuit, necato fratre, Deum negando necavit.

q Gen. 4. 13.

Quam-

Quamplurimi autē se non adimplere arbitrantur præceptum aliquod, ad quod sub mortali, præcipuâ obligatione, tenentur: ut videlicet, recitandi horas Canonicas, quoad Sacerdotes, vel Regulares, quibus talis inest obligatiò, cum debita vel attentione, vel syllabarum pronunciatione, vel integrali expletione, vel altera ex causa, quâ se obligatos credunt, officium, quod verè pensum diei est, in die pluries repetere; ut tandem ipsum debitum integraliter exolvatur: nihil penitus, adversùs hanc eorum Scrupulositatem, sivè melius animi pusillanimitatem, Doctrinæ Scolasticorum valentes, quibus probatur, nec Ecclesiam, nec Deum ipsum, homines cum tanto onere obligare; ut potiùs Lex Divina præcipiens dici debeat, cum tyrannide, Animarum jugulatrix; quàm veraciùs Mater benignissima, cum dulcedine, Animarum salvatrix; dicente Christo Dei filio apud Euangelistam: *jugum meum suave est*, [r] *& onus meum leve: venite propterea ad me Omnes, qui laboratis, & onerati*

[r] Matth. 11. n. 29. & 30.

ti estis , & invenietis requiem animabus vestris . Non enim dicit,venite ad me, ut laboretis ,& oneremini ; sed potiùs, venite ad me, ut ex laboribus, & oneribus vestris exoneremini,& requiem pacatissimam invenire valeatis .

Nonnullis tandem Divinæ præsciẽtiæ, & prædestinationis dubitationes illudunt; ità ut fiant illis in laqueum & ruinam,Sapientia & PręscientiaDei,quę verè deberent esse levamen & medicina . Meditantur enim quandòque an verè Deus circà Omnes , & singulas Creaturas providentiam suam exerceat, & an verè *Ipsi cura sit de bobus*, [f] *uti de Hominibus*: utrum præviderit ab æterno, illum esse salvandum, illum verò damnandum;Vnum sic placidè moriturum, alterum verò morte violentissima dies clausurum : cur autem ille relictus sit , alter assumptus : cur tot innumeri sint præsciti , tam pauci prædestinati ; dum Omnes æqualiter uno eodem sanguine redempti : cur tantis permittat Homines tẽtationibus premi,Diaboli laqueis irretiri ; & an demùm gaudeat potiùs

[f] 1.Cor. 9.9.

ipse

ipſe Deus de Hominum ſalvatione, quàm de ipſorum perditione; cùm ſi ſalvare Omnes vellet, ſuâ poſſet Omnipotentiâ; malum coercendo ne noceat, bonum verò illis aptando, ut proſit. His autem, Miſeri, cogitationibus laqueati, hiſce malè fũdatis diſcurſibus ſuis illuſi: *pereunt nonnunquàm de via juſta*; [t] dumque ſe reprobos, & damnandos eſſe coniectant; credendo, Deum judicium ſuum firmaſſe, quod mutari non poteſt, ſe ex numero reproborum eſſe potiùs, quàm ſalvandorum; dicunt proptereà ſibi ipſis: ſi hæc mihi contumelia contingat; ſi talis injuria eveniat; ſi talis occaſio ſe mihi præbeat vlciſcendi; ſi hoc, aut illud peccandi genus, carnique indulgendi ſe mihi offerat: *ut quid bonis non fruar*; [u] *ut quid carnis deſideria non perficiam*; [x] *ut quid de inimicis meis non ulciſcar*: [y] ut quid talem injuriam, tantamque contumeliam perferam; Qui ſi ſalvandus, ſaluus ero, peccator licèt; tametſi hominum judicio reprobus, latronis, atque crucifigentium comes: ùbi verò damnandus, damnabor indubitanter;

t Pſalm. 2.12.
u Eccleſ. 2.1.
x Galat. 5.16.
y 1. Reg. 14. 24.

ter; licèt operibus ſanctitatis inſiſtam: non advertentes ex cæcitate, quæ per Prophetam Deus: [z] *ſi Iuſtus averterit ſe à juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ſecundùm omnes abominationes; quas operari ſolet impius; numquid vivet? Omnes juſtitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur: in prævaricatione, qua prævaricatus eſt, & in peccato ſuo, quod peccavit; in ipſis morietur*. Caveant ergò, in quantùm poſſibile eſt, Scrupuloſi circà tales materias, ſuæ capacitati improportionatas, diutiùs immorari; diſcursũq; mentis ſuæ cõprimãt, ad sẽſum Scripturæ: [a] *noli altũ ſapere, ſed time: ſe ſeq; humiliati ſub potẽti manu Dei*, [b] judiciis ſuis ſubiiciãt; firma fide credentes, ſe eſſe Dei Creaturas, non ad perpetuam damnationem creatas pariter & redemptas; ſed ut participes fierent æternæ Beatitudinis, quam Deus ipſe miſericors, Homo factus, hominibus ſuo pretioſo ſanguine comparavit; *velleque Ipſum omnes homines ſalvos fieri*, [c] *& ad agnitionem veritatis venire*. Quod ſi damnari Eos contingerit; non ex Dei optima ergà homi-

[z] Ezech. 18. 22.

[a] Rom. 11. 21.

[b] 1. Petr. 5. 6.

[c] 1. Tim. 2. 4

nes

nes voluntate, credatur; sed ex propria eorum malitia, quâ excæcati, Deum Creaturis postposuerunt; ob idque in ipsis suis fallacijs, malisque operationibus periere.

Vt autem redeamus ad propria, multis, ut iam præmisimus, modis contingunt Scrupuli; & Doctiores atque sapientiores ferè illis novimus implicatos; non ex defectu quidem cognitionis, vel ex ingenij tarditate, quâ non discernunt lepram à lepra; sed potiùs ex uberiori, quâ potiuntur scientia, & ex nimia, qua replentur propria extimatione; cujus in pœnam, Deus illos permittit Scrupulis angi, cogitationibus vexari, suasque actiones singulas, licèt in veritate bonas, suspectas habere; ut exindè humiliores evadant, ac flexiores.

Indoctioribus verò contingunt Scrupuli, ex doctrinæ insufficientia, animique pusillanimitate, qua coguntur ibi peccatum credere, ubi verè non est; hisque auget *inimicus noster Diabolus*; à *qui circuit semper, quærens quem devoret*,

d 1. Petr. 5. 8.

ret:materias, & objecta; confunditque sensum ipsum cum consensu; ut miser indoctus ille, qui Scrupulis discruciatur, & angitur; inter ipsas angustias Scrupulorum pereat suffocatus. Cùm enim Scrupuli varij sint; & eorum quidam pertineant ad ea, quæ facta sunt; quidã verò ad ea, quæ in posterum sunt agenda: illis prioribus solet Homo vexari, *loquẽs ex Reginaldi doctrina* [c], ex eo potissimùm, quod nequeat satis distinguere inter sensum, & consensum: posterioribus verò vexatur Homo unico ferè modo, dum nimirum habet omnia quæque suspecta; ob idque nunquàm liberè; *nunquam fiducialiter agit*: [f] sed semper angitur, semper timet, semper pavore tabescit, an id quod agendum est, peccato vacet. Licèt autem bonus sit timor, beatique in scripturis sanctis cõprædicentur timentes; prout ibi: *Beatus vir, qui semper est pavidus*: [g] quia nonnũquàm tamen timor ipse superfluus pusillanimes reddit, excluditque multotiès charitatem, *quæ foràs mittit timorem*: [h] ideò necesse est homini verè spirituali,

c Reginald. p. 1. lib. 2. cap. 9. nu. 118.

f *Isai. 12. 2.*

g *Prov. 28. 14.*

h *1. Ioa. 4. 18.*

verè Charitativo, verèque Dei amico, ut dicat quæ Sanctus ille: *fiducialiter agã, & non timebo* [i] nec timore trepidet ubi veraciter non est timor; cõmittatq; se Paterne Dei Bonitati, *quæ nunquam sinet hominem tentari,* [k] *suprà id quod humana fragilitas potest*. Angatur quidem, sed non quia *videt in membris suis aliam legem, repugnantem legi mentis suæ*: [l] sed potiùs quia se funditus legi Dei non adhùc reddidit mancipatum; angatur, non quia gravissimas culpas admisit; sed quia culparum ad mensuram gravissimè non pœnituit: angatur tandèm, non quia peccator est, quoniam quòadusquè homo vixerit, non poterit peccatorum funiculis non adstringi; dicente sapientissimo Ioanne: [m] *Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*: angatur inquàm, non quia peccator est; sed quia peccatorum nexibus liberari ad exitium usquè dierum non poterit usquèquàque. Clamet ideò cum Apostolo, dicatque sæpiùs, *cum lachrymis, & ejulatu* [n] *valido: quis me liberabit à corpore*

i Isai. 12.2.
k 1. Cor. 10. 13.
l Rom. 7.23.
m 1. Ioa. 1.8.
n Genes. 26. 38.

re mortis hujus? Si fortè misertus Omnipotens tantæ fragilitatis ; repetat quæ prò Paulo : *sufficit tibi gratia mea*;[o] *nam virtus in infirmitate perficitur* . Interim verò, quia sufficientiam tantam se non habere cognoscit, quâ valeat benè discernere, an consenserit alicui malæ cogitationi; an illo obiecto fuerit delectatus; an voverit, & vota non adimplere curaverit ; an falsum juramentum præstiterit ; an hoc vel illud facere, vel cavere sibi licuerit; an suum officium rectè fecerit ; an id , ad quod tenebatur , omiserit; an sit aliquâ vel suspentione , vel irregularitate affectus, itàut à Divinis habeat abstinere; an votum fecisse videatur, cùm aliquid agere se obstrinxerit juramento; an charitate, & gratia Dei sit præditus ; an præceptum charitatis adimpleat ergà proximos ; *an pro ipsis animam suam ponere*[p] non cunctetur; an id, quod agit, agat semper non ad propriam, sed ad gloriam Dei: sicque de similibus millenis, ac millenis actionibus, quæ Scrupulos in Anima possunt ingerere , Doctos consulat , magistris se

o Rom. 7. 24.

p Joa. 10. 15.

ſubijciat; Patremque ſpiritualem ſibi comparet talem, qui nè dum valeat à lepra lepram diſcernere, à falſo verum appendere, à bono malum ſecernere, à ſenſu conſenſum agnoſcere; ſed & habilis ſit in biuijs verum iter oſtendere, in dubijs veritatem elucidare, in anguſtijs conſolationem præbere, in tentationibus remedia ſalubria applicare, & in ipſis ſtimulantibus ſcrupulis illa veraciora, ac efficaciora antidota propinare, quibus & mens à caligine illuſtretur, & animus ab oppreſſionibus ſublevetur, & ſpiritus ab anguſtiis, imò ab ipſo mortis periculo liberetur: quin de cœtero ſuſpectum habens & Aliorum, & proprium, circà eoſdem Scrupulos, ſivè judicium, ſivè ſentẽtiam; Nulli prorsùs, niſi ipſi Magiſtro ſpirituali ſe credat: Domino fidens, quod Neutrum eorum permittet Deus incidere in errorem; ſed Diſcipulum obedientiæ merito, Magiſtrum verò orationis ſuffragio, tantã Gratiam à Domino recepturos; ut valeant, mereantque ſalvari.

Quo-

Quomodo Scrupulosus animus certo judicio dignoscatur.

CAP. III.

INdicium principale Scrupulosi Hominis illud esse videtur, *prout apud Layman:* [q] ut videlicet, si contrà Hominum cordatorum judicium, contrà Doctorum placitum, contrà spiritualium Patrum sententiam, quin imò contrà propriam suæ mentis opinionem, aliquod opus agens, quod verè peccato caret, sit nihilominus anxius, sit animo inquietus, sit cogitatione perplexus, sit mente confusus, nè fortè adsit peccatum, nè quę sit culpa, ex qua illud agēdo, reus constituatur in Tribunali. Hi autē solent ut plurimùm in aliena causa sinè formidine judicare, sinè periculo absolvere, sinè dubio operari, consulere sinè perplexitate, absquè vel inquietudine, vel timore dirigere; Qui deinc in casu proprio, mente obnubilati, frustrati judicio, animo perplexi, formidolosi, timidi, idem agere non audent; timore per-

q Layman. Theolog. moral. lib. 1. tr. 1. cap. 6. n. 1.

territi, nè sint in casû.

Si quis, absquè probabili arguměto, absquè sufficiěti ratione, sinè fũdaměto certitudinis, in quâvis rè vel animo suspensus est, vel corde trepidat, vel mente vacillat; sæpiùsque monitus de cõtrario, in id idẽ cõstãti judicio perseverat: Hic *teste Azorio* [r] Scrupulosus esse judicatur.

Erit quoquè Scrupulosus censendus, *ex doctrina Filliucii* [s] Homo ille, qui in una, eademque materia frequenter dubitat; præter consuetum Aliorum morẽ, alios sæpè interrogat; Nullius opinioni perfectè acquiescit; sinè stabili fundamento aliquid esse peccatum arbitratur; ob levem rationem quascumque res in dubium revocare contendit; remanetque in ijsdem, licèt convincentibus rationibus Aliorum consultus, semper anxius, semper dubius, semperque suspectus.

Tandem *Alvarez* [t] multa præbet indicia, quibus animus scrupulosus dignosci valeat. Et primò si Quis tristem, anxium, atrabili affectu, vehementibusque imaginibus impugnatum se videat; si

r Azor. p. 1. lib. 2. c. 10. quæst. 3.

s Filliuc. to. 2. tr. 21. c. 4. nu. 178.

t Alvar. de vit. spir. to. 1. lib. 1. p. 3. c. 12. §. 5.

si illa præter ordinem aliorum inculcet, quæ cœteris facilia, & nulli dubia esse videntur; si de his omnibus benè notis frequenter interroget; si post responsũ, sibi à prudenti aliquo Viro datũ, iterùm subdubitet, animumque ut inquietum, ità nutabundum, & hærentem advertat; si ingenti cautelâ ridiculas quasdam imperfectiones, tanquàm gravia peccata devitet; si quæ anteà peccata nõ esse profitebatur, nũc facinora grãdia arbitretur; si de quo priùs non dubitabat, post arreptum virtutis iter dubitet inquietus; ità ut perfectionis incœptæ metham deserat; si demùm illa negotia, quibus timoratæ conscientiæ Alios incumbere conspicit, sinè ulla turbationis molestia; ipse solus, non sinè ingenti cordis turbatione, animique perplexitate, anxietate, atque molestia, exerceat; sæpiùs inquirendo, an in ijs actionibus peccet, an ea negotia exercendo sit Deo gratus, an verò animæ propriæ inimicus; quã credatur velle perdere, illis exercitijs incũbẽdo. Qui autẽ hæc signa, vel eorum aliqua in se vel inesse,

vel post eradicationem pullulare conspexerit; Scrupulis agitatum se existimet, ægrotum se credat, Medico spirituali, medicaminibusque malum hoc coercentibus se proclamet egentem; nec se à sui judicio, sed ab Altero medicæ hujus artis perito, licèt semetipso forsàn impertiore, curari sinat; ad illud vulgatum antiquitatis adagium: *in causa propria Advocatum quære*: nam in propriis: *fallit*, ut plurimùm, *sua quæque voluptas*:[u] non secùs ac in ægritudine corporali, quâ Quis laborans, medicæ artis sit licèt peritior cunctis; tamen quia nõ est bonum sibi ipsi credere, ac remedia ministrare; Alium medicum, etsi vel inferiorem, vel imperitiorem, statim advocare contendit; nè suo innixus judicio, suâque met arte frustratus, pereat manu suâ: Qui alterius ope, & operâ salvaretur.

Manut. in Adag.

u Ovid.

Ergò non absimiliter spiritu AEgrotus agere debet, ab corpore Infirmato; quinimò *si Anima plùs est*[x] *quàm esca, & corpus plùs quã vestimẽtũ*; ad monitũ Evãgelii: pluris quidẽ est facienda cura spi-

x Matth. 6. 25.

spiritualis, quàm corporalis; plùsuè incumbendum, ut Spiritus sanitati restituatur, quàm corpus. At si corpus alteri medicinæ artis Perito curandum traditur; nè propria fallat peritia, amore proprio fascinata: ut quid nobis ipsis habemus credere, nostrosque infirmos Spiritus propriâ vel manu, vel arte curare, ùbi morbo scrupulorum gravissimo, ac ultrò citròque periculoso, conspexerimus aggravatos? Eja nunc, agite quæsò, Scrupulosi Fratres mei, *vestrã salutem* ope Alterius *operamini* [y] ut quã citiùs reddi sanitati perfectissimæ valeatis.

y Philipp. 2. 12.

Ex quibus Causis scrupuli oriantur.

CAP. IV.

Multæ sunt quidem causæ, quas Scriptorũ nõ pauci recensent, ex quibus Scrupuli oriuntur, suamque trahunt originem, ad hominis utriusque perniciem; utpotè ad Animæ, Corporisque dispersionẽ. Octo numerat causas

z Reginald. lib.13.cap 11. n. 108.

sas *doctissimus Reginaldus* z ,quibus solent scrupuli ut plurimùm devenire. Et primò quidem ex malè complexionati Corporis organizatione, sivè ex naturali frigiditate, qua homo propensus redditur ad timorem;prò ut in fæminis evenit regulariter, quæ dum frigidæ, valdè sunt timorosæ. Undè ex tali naturæ frigiditate ; & humor provenit melancholicus, & debilitas capitis generatur.Frigiditas quippè non est aliud *secundum Avicennam* a ; quàm constrictio cordis, & infectio mediæ cellulæ capitis,cum rationis diminutione. Hæc autem vel cordis constrictio, vel infectio capitis disponit imaginationem ad facilem mali futuri appræhētionem, quod est proprium timoris objectum. Undè fit,ut qui ejusmodi sunt,de facili ibi malum ominentur, ubi nullum imminet;utque de talibus in bello corporali fieri assolet, timere inquàm ubiquè incursus hostium, ubi nec hostes sunt impugnantes: sic in bello spirituali,ibi metuere Dæmonis insidias,ibique formidare peccatum,ubi nec infestator est

a Avic.tract. de frigid. & cap.inf.

ini-

inimicus Dæmon, nec peccatum intercedit, quod ſit cavendum .

Secundò procedunt ex aliqua qualitate inficiẽte anteriorem cerebri cellulam, in qua ſedes imaginationis eſt, *ex Galeno*:[b] intellectui ſimilitudinẽ ſẽſibilium ſuppeditantis. Ob talem enim infectionem, plerùmque fit, ut intellectui repræſentetur prò malo, quod non eſt malum . Quod quidem ſimiliter extẽditur ad alios vitioſos humores; quorum malis qualitatibus cerebrum dùm repletur, actiones mentis impediuntur; & judicium aut parvum efficitur, aut pravum .

b Galen. tr. 2. de format. fœtus. ibi de cap. & cerebr.

Tertiò ex tentatione Diaboli, qui, Deo permittente, poteſt humores melancholicos, & phantaſmata ſic movere in homine, ut hujus imaginatio turbetur, & erret; repræſentando intellectui, ſuggerendoque res aliquas, quæ nunquàm ante hàc venerunt in mentẽ; aut quæ credebantur perpetua oblivione ſepulta; aut quæ mens humana vix capere, vel excogitare valeret: addens interdùm motum quendam corporis,

cor-

cordis palpitationem, capitis, sēsuumq; gravedinem, aliaque in membris mala coagulans; ut vix tanta ab humana fragilitate perferri possint. Undè tantas rixarum molestias potest afferre; ut & Animæ pacē interiorem, & cordis suavem consolationem eripiat: quo fit, ut homo fit tristis, anxius, gravis & sibi ipsi & aliis; pavidus, ac penè temulento similis; formidolosus; suamque, ut dici assolet, umbrā timeat, ne dum externos timores. Quid ultrà? Nō in paucis Diabolus est contentus; non in minimis gloriatur. Videns ergò hominem, sua interiori pace privatum; cernens jam illum animi tranquillitate frustratum; experiensque inter perplexitates jam fluctuantem; laxam vivendi methodum persuadet, quâ possit & aliquatenùs sublevari, & animo lætus esse, & ex tantis angustiis liberari. Cui verò id suadere non potest; scrupulorum importunitate incipit agitare; illumque stimulis Conscientiæ tātis urgere; ut vitā ducere cogat acerbā, āgatur perpetuò, fiat impatiens, melancholicis humoribus

bus agitetur,cōtrà Deum ipsum, à Quo se credit derelictum, obmurmuret, hominum conversationem odiosam habeat,lucis vitæque tedium sentiat, carnis stimulos patiatur,mortem sibi comminetur, & aliquandò etiam,vi sibi ipsi illata, hanc violentis consciscere actibus non cunctetur: ad extremum verò de æterna salute sua desperans; se reprobatum esse credat,æternisque suppliciis destinatum.

Quartò procedere solent ex malo corporis regimine, ex immoderata videlicet abstinētia,aut vigilia;ex nimia rerum spiritualiū agēdarū solicitudine, ex indiscretis corporis macerationibus;ex frequentibus sivè vocalibus sivè mētalibus orationibus,cerebrum debilitantibus, carnemque graviter conterentibus;sicquè de cœteris ejusdem generis sivè corporalibus sivè spiritualibus vitæ attritionibus, quæ non solum justis laudibus nequeūt approbari,quin potiùs *ab ipso sensu Ecclesiæ* [c] meritæ sint improbari.

Quintò ex societate, & consuetudine

c De consec. dist.5.cap. non me. diocriter

ne

ne hominum, ſcrupulis affectorum; ſivè ex lectione librorum, ſtrictè nimis tractantium de conſcientiæ rebus; ex quibus homo redditur ſcrupuloſus; ad illud Pſalm. [d] *cum Sancto ſanctus eris, cum viro innocente innocens eris; cum perverſo perverteris.* Nam cùm regulariter *omne ſimile appetat ſibi ſimile:* [e] ſimilabitur Scrupuloſis, cum Scrupuloſis tractans; eritque brevì ſcrupulis cruciatū, qui affectos tali morbo devitare non eſt cunctatus. Caveāt itaque ſivè magiſtros nimiùm in vita ſpirituali ſeveros, ſivè libros de caſibus conſcientiæ ſtrictè nimis agentes, qui ſeſe jam proximos Scrupulis agitari aſpiciunt; niſi velint ibi præfocātē laqueum invenire, ubi medelam ſuis ſpiritibus aptiorem ſperabant ſe reperturos.

d Pſalm. 17. 26

e Ariſt. 1. Ethic.

Sextò ex ignorantia, negligentiæ mixtâ ſolent ut plurimùm graves Scrupuli exoriri. Cùm enim neceſſe ſit, quod neſcitur, vel ab Homine peritiori comparare; vel à Mortuis *cum labore, atque ſudore vultus* [f] addiſcere; ab Authoribus videlicet, qui libros & opera, ad informandos indoctos, compoſuere; vel à

f Geneſ. 3. 19

Deo

Deo tandèm in orationibus obtinere; perſpicuum planè eſt, quod Indoctus negligens non poterit non Scrupulis divexari; ùbi nec orationibus Deum interpellare, nec labore libros conſulere, nec ſe antè Magiſtros ſinit humiliare: id ab exteris procurans tandèm addiſcere, quod à proprio ingenio brevi ſuâ nunquam aſſequi potuit facultate. Hinc ergò fit, ut Indoctiores ſint & moribus ſuperbiores, & actibus ſcrupuloſiores, & Deo pariter & hominibus graviores.

Septimò ex malo quodam humore, ſivè meliùs peſſimo quorundam Hominum more, inconſtantiâ ſcilicet uti, ac in omnibus ſuis actionibus inſtabilitate præcipuâ delectari, quâ perplexi redduntur in quovis opere, fiuntque uti inſtabiles, ita formidoloſi pariter & increduli; vehementique imaginatione ſemper anguntur, ne à ſuis proximis vel fallantur fortè vel illudantur.

Poſtremò ex nimis intenta conſideratione, quæ accipitur aliquandò cum ingenti ſolicitudine, cavēdi illud omne, quod poteſt vel malum eſſe, vel malum

ope-

operari, vel in via Dei nocere. Sicut enimQui per angustum, sivè præcipitosum iter ambulans, si nimis anxiè, attentèque profundum, in quo labi potest, consideret; audiatque formidolosus acclamantes homines: cave nè cadas: multo majore repletur formidine, multòque graviùs ac periculosiùs fit timidus, quàm aliòqui esset; ità ut penè ab ipso timore absorbeatur, ac pereat: ità qui nimis solicitus est de peccato cavendo, (ut ille creditur, qui venialia, & minima, quibus homo vix, aut nunquàm in hac vita carere potest, nimis anxiè illa devitare contendit) ac phantasiæ in qualibet re suggerenti, & quasi dicam clamanti: cave ne cadas: suas nimis attentè aures intellectus accomodat; timore magis concutitur; fitq; pavidior in agendo; exponitque se periculo graviori, peccatum perpetrandi, contrà conscientiam culpabiliter erroneam. Caveant itaquè, qui ejusmodi sunt, de nimis attenta suorum defectuũ cogitatione, dequè nimis anxia Divinæ justitiæ severitate; nec sint adeò Zelo-

typi

typi indiſcreti propriæ ſanctitatis, adeòque minimas maculas perhorreſcant; ut fiant inſipientiores magis, quàm Sanctiores: ad monitum ſcripturale, quo dicitur: *noli eſſe nimis juſtus, nè obſtupeſcas.* [g] At quia verã ægritudinẽ, morbũ hunc appellamus; ejuſque ob id cauſæ, multæ ac variæ eſſe ſolent: propterea nè pluſquàm decet excreſcamus; reſecantes cœteras, ad tria tantùm capita illas *cum Aluarez* [h] reſtringendas eſſe cenſemus: vel ſcilicet ex aliqua Animæ affectione Scrupuli oriantur; vel ex aliqua Corporis malè affecti qualitate; vel ex aliqua extrinſeca cauſa, quæ Nos ad exitandum, & anxios in omnibus eſſe compellat.

g *Eccl.7.17.*

h Alvar. de vit. ſpir. to. 2. lib. 1. p. 3. §. 5. n. 2.

Ex parte Animæ, cauſæ Scrupulorum ſunt, Ignorantia, quâ quis aut Dei præcepta, aut Eccleſiæ imprudenter intelligit. Immoderatus ſui ipſius amor, quo homo inordinatè ſe amat, & in turbationem incurrit, dum aliquid ſibi, vel noxium, vel contrariũ apprehendit. Nimius timor, quo, ſuprà debitum, effectũ peccati formidat, pœnam ſcilicet, ex fu-

D turo

turo peccato incurrendam, vel ob præteritum delictum incursam. Fiducia sui, quâ Quis omnia vitæ spiritualis studia prona esse putauit, atque facilia; vidensque indè difficultatibus redundare, incipit se ipsum vereri, ac formidolosus, & vt ità dicam, vitæ spiritualis impatiens esse. Superbia, quâ animus elatus deiicitur, & in dubietates, atquè pueriles cogitationes labi permittitur. Immisericordia tandèm: ut Qui anxios alios, ac dubitantes, Scrupulososque contempsit; ipse posthæc easdem anxietates, dubitationes, Scrupulosque experiatur: vt ex ipsis addiscat tandèm misericors fieri.

Ex parte verò Corporis, causæ Scrupulorum esse solent, constitutio Corporis flegmatica, quietis avida, & doloris impatiēs; quæ facit, vt Homo cuncta horreat, quæ aliquā difficultatem præseferunt. Compositio corporis frigida, & melancholica, cujus est inanes cogitationes excitare, & timores incutere. Immoderatus rigor exercitus; vigiliis, jejuniis, aliisque macerationibus, corpus

affli-

affligendo:Qui quidem dum corpus debilitat,Animam virtutibus cũctis enervat : Insaniæ porrò quoddam genus, quod mania appellatur , caputque primò primùm inficians , mirabiles phantasias, horrendas apprehentiones,periculososque cordis affectus exsuscitat.

Causæ demùm extrinsecæ sunt,Deus ipse , Qui Scrupulis extimulat tepidos, vt imperfectiones devitent, resurgantq; alacriores: *ad currendam perfectorum viam*: [i] probatque feruidos, ac tanquã in fornace purificat;ad illud Psalmi:*probasti nos Deus, igneque nos examinasti, sicut examinatur argentum.* [k] Dæmon, qui,Deo permittente, Scrupulis hominem infestat; ut à via veritatis abducat . Societas tandẽ Scropulosorũ,qui, pestis ad instar , longè latèque serpunt, & in alios se se diffundunt;ut perimant.

i *Psal.18.6.*

k *Ps.65.10.*

Quæ, quantaque mala proueniant è Scrupulis.

CAP. V.

CUm inter omnia Animæ pericula,illud sit porrò gravissimum,anxietas videlicet scrupulorum ; quæ nisi

citiùs eradicetur,erit Homini in evitabilem perditionem:ideò ante quàm ad curationem hujus ægritudinis accedamus,congruum ducimus, mala omnia, quæ ex Scrupulis ipsis proveniunt, aperire:ut qui malis tātis se se gravatos esse conspiciunt, cogitent quantocyùs de remedio,ne pereant. Præmittendum verò, ad exactiorem materiæ explanationem, quibus nam Personis scrupuli prodesse dicantur;quibus autem obesse: nam & nonnunquàm boni sunt Scrupuli;qui plerùmque mali sunt,& damnosi. His igitur, credimus, *cum Doctoribus*, Scrupulos esse proficuos, qui nimis laxam habent Conscientiam, & penè nihil æstimant esse peccatum; nec perniciosam adhùc peccandi libertatem, sivè potiùs seruitutem,à se, correpti licèt pluriès, depulerunt; dicentes sæpè numerò cum amentibus illis:*venite, fruamur bonis quæ sunt,* [1] *& utamur creatura, tanquàm in juventute celeriter. Vino pretioso, & unguentis nos impleamus; & non prætereat nos flos temporis.* Nulla sit jucunditas,nulla voluptas, nullum omninò

1 Sap.2.6.

ninò Mundi gaudium , quibus juventus noſtra non delectetur . *Nullum pratum ſit , quod non pertranſeat luxuria noſtra. Comedamus* læti igitur *& bibamus ; cras enim moriemur.* [m] His itaque , qui (ut præmiſimus) laxioris conſcientiæ ſunt, ſuntque jam proximi , ob peccandi libertatem,carniſque,in omnibus,voluptatibus indulgendi,manifeſtæ perditioni,Scrupuli mirum in modum prodeſſe dicuntur ; ut ex iis laxa eorum Conſcientia per epycraſim conſtringatur,& ad mediocritatem tandèm , ſalubrioremque vivendi methodum , Deo illuminante,ducantur . Illis autem,qui nō ità laxam habent Conſcientiam , imò potiùs puritati dant operam, Deoque ſervire ſtudent,illique in omnibus operibus placere contendunt ; omnique ope,omnique ſtudio , omnique diligentia connituntur gravia peccata vitare ; graviter obſunt ſcrupuli;quibus & redduntur ut plurimùm puſillanimes, & in via virtutis tepidiores ; & efficiuntur aliquandò in peccatis procliviores. Siquidem ſcrupulorum natura eſt,nè dum

[m] *Iſ.22.13.*

timidum in omni operc, atquè formidolosum Hominem reddere; sed ibi aliquandò, & fortè semper, peccatum fingere, ubi peccatum non est: quo fit, ut homo operans contrà conscientiam, ibi sæpius verè peccet, ubi aliòquì non peccaret. Nam qui sibi aliquid licere existimat, quod fortè peccato non caret, idque tali licentiâ operetur; à peccato multotiès, non agens contrà Conscientiam, excusatur. Secùs verò, qui de omnibus ferè dubitans, credat in omnibus esse peccatum: nam peccato non carebit omninò, quid agens; agens illud contrà conscientiam stimulantem: *pro ut fusiùs Reginaldus*: [n] Qui *& D. Antoninum, & Nauarrum, & Cajetanum, & Cordubensem, & Syluanum, & Alios*, id idem approbantes; & remedia AEgris his propinantes, adducit.

[n] Regin. in prax. for. pœn. p. 1. lib. 2. c. 9. nu. 105. & 106.

Perturbant itàque Scrupuli, ac mirũ in modum quietos animos inquietant, suavemque spiritus dulcedinẽ, & Conscientiæ pacem eripiunt; ità ut alacritas ipsa, & promptitudo Deo serviendi, in tristitiã commutetur, & mœrore de-

pe-

pereat:cùmque orandum eſt,pſallendũ, legendum, ſtudendum, meditandum, quodque aliud opus agendum, exorti Scrupuli illud omne diſſipent,illud omne diſperdant, ac ex bono in malum commutent: Homini apprimè ſtudioſo, atque ſpirituali, in ruinam conuerſo, quod ad meritum cederet, & levamen; dicente Ieremia de homine, optimis ſtudiis,orationibus,meditationibus addicto: *quia leuabit ſe ſuprà ſe.* o Quid inde? Scrupulis quoquè ità nonnùnquã hominis judicium confunditur, ac turbatur;ut mens prorsùs hæbeſcat;fiatque amenti ſimilis,qui optimâ ratione præditus antè erat.Cerebro quippe à Scrupulis agitato; dimovetur illud è ſtatu ſuo,ac extrà ſuã ſedẽ propriã agens,agit in homine & inconſtantiam motus, & interni proditionem, & operum intermiſſionem, & corporis penè continuam agitationem;ità ut miſer Homo reddatur hominum opprobrium, puerorum ludibrium,Mundique totius ſpectaculũ: *Spectaculum facti ſumus*(veraciùs,quidẽ, quàm quilibet Alius, dicere poterunt

o Thr.3.28.

p 1. Cor. 4. 9. Scrupulosi :) p *spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus.* Inconstantia, quid quod mali non operetur ; quæ homini in tantùm est noxia , ut illum faciat à publicis societatibus abhorrere ? Internarum rerum proditio , quæ non nisi soli Deo patent(ad illud: q *hominis est videre faciem , Deus autem intuetur cor*:)quantam homini perniciem afferat ; nullus hominum ignorare potest : cùm incompertò sit apud omnes, hominem occulta sua detegentem, non cum hominibus , sed cum indiscursivis jumentis conversari debere ; ne ore proprio propalata suæ conscientiæ , suique hominis interioris testimonia sibi possent nocere . Operum autem intermissio , cum intermitti nequeunt, hominem reddit ridiculum, & exosum; ità ut nusquàm in conspectu hominum venire audeat, qui tali tantoque morbo conspicit se grauatum . Corporis demùm agitatio continua, morboso illi similiat Scrupulosum; qui paralysi actus dicitur; quo morbo, nullus gravior, inter morbos ; nullusque peritiori Medico,

q 1. Reg. 16. 7.

pro

prò ut optimè quidem Corradus, [r] efficaciorique eget medicamine; ut sanetur. Sicut enim difficulter, & penè nusquàm, vel paralysi in corpore, vel ineptiâ in mente, quæ paralysi similatur, sanitati perfectissimæ Laborantes restituuntur; ità & tali Scrupulorum morbo miserabiliter agitati; nisi vel grandi peritioris Medici adhibita diligentiâ, vel gravissimis ipsi patienti aptatis medicaminibus, vel exactissima ipsiusmet AEgroti obedientia præstita, & remediis non despectis. Undè Qui de Spiritu agunt [s] [t] de hoc morbo tractantes, unanimi consensu dicere solent, quod valdè perniciosa sit, valdèque curatu difficilis, Conscientia scrupulosa; quippè quę sępè sæpiùs ex venialibus faciat mortalia, imò ex bonis ipsis operibus facinora coagulet ignibus digna, nebulasque in intellectu ingerat, quibus ad desperationem animus inducitur; viribus hominis utriusque destructis. [u]

At quia non satis gravitatem morbi hujus exegimus; sed nec iterùm quantùm differat abs cœteris tentationibus,

Ani-

[r] Corrad. de Peruf. quęsit. 251. num. 1.

[s] Consule Marc. For. inst. confess. tract. 2. cap. 18. num. 3.

[t] Lud. Carb. tom. 1. p. 1. summ. sūmarū cas. Consciēt. cap. 115.

[u] Lel. Zech. inst. mor. p. 1. n. 21.

Animæque ſivè paſſionibus ſivè defectibus annotavimus : ideò proſequimur.

Quàm luculenter gravis ſit, quàm oppidò periculoſa infirmitas Scrupulorum ; & quantùm differat ab aliis tentationibus, paſſionibus, ac defectibus Animæ.

CAP. VI.

HAEc paſſio, ſivè tentatio ſcrupuloſæ, timoratæ, arctæq; Conſciētiæ; quæ malum malorum eſt ; multas ingenerat gravitates, multaque pericula ſecùm affert ; quæ tùm ex præmiſſis, cùm ex aperiendis patebunt.

Prima itaque gravitas, primumque periculum, quod ex Scrupulis gignitur, eſt Animæ puſillanimitas, ex qua omne ſemen provenit improbitatis, & pravitatis; videlicet acedia in operādo, incōſtātia in agēdo, difficultas in orādo, mētis perturbatio in ſtudēdo, vel prędicando, tædiū in converſando, ac tandèm effe-

ctus

ctus desperationis in conscientiam examinando.

Secunda sivè gravitas, vel periculũ, est judicii exinanitio; discursus vel minoratio, vel confusio; apprehentionis perturbatio; voluntatis inconstantia; memoriæ infirmatio, ac intellectus vacillatio: quibus gravitatibus Homo redditur amens, & ad omnia agibilia prorsùs inutilis.

Tertia Scrupulorum gravitas est, quæ corpus afficit; Spiritu, & Animâ jàm affecta. Nam *spiritum tristem, qui exiccat ossa* (ex sapiente) [x] gignit: melancholicos effectus & generat, & aggravat; timores nocturnos pariter & diurnos ingeminat; vires comprimit; opprimit juventutem; lætitiam aufert; corpus extenuat; exerminat facultates; ærumnas multiplicat; caloremque eliminat naturalem; ità ut miser homo, tantis infirmitatibus tabefactus, non quærat amplius diù vivere; *pro ut Augustinus* [y] fassus est de Plerisque; sed potiùs quàm citiùs ad finem cogatur tendere, mortemque sibi, desperatione actus, trucissimam apprecari. Dif-

[x] *Prov.* 17, 22.

[y] Augus. serm. 39. de verb. Domini.

Differt autem hæc Scrupulorum infirmitas ab aliis plerisque morbis in multis.

Et primò, quia non semper, & fortè rarò passiones inveniuntur, quæ foris in membris exterioribus, intùs verò in interioribus Animæ partibus afferant cruciatus; dum hæc infirmitas Scrupulorũ utrumque hominem inficit, ad illud Deuteronomii: *Foris vastabit eos gladius, & intùs pavor.* [z]

[z] Deut. 32. 25.

Secundò, quia pleraque infirmitatum genera nõ nisi ex paucis aliquibus causis ingesta esse dicuntur; hæc vero infirmitas gravior, ex innumeris; ac propè dixerim, infinitis. Undè optimè apud Iobum: [a] *vndiquè terrebunt eum formidines, & involuent pedes eius.*

[a] Iob. 18. 11.

Tertiò, quia quædam sunt sinè magno vel detrimento, vel hominis periculo: ùbi hæc valdè periculosa est, sternitque viam oppidò facilem ad desperationem: *Ex quo Bernardus*: [b] Reprobis tribulatio parit afflictionem; afflictio pusillanimitatẽ; pusillanimitas perturbationẽ; perturbatio desperationẽ; desperatio

[b] Bernard. in sentẽt. 10. 1.

ratio

ratio verò interimit: fitque nonnùnquã in Scrupulosis, quod accidere solet alicui, qui modicum lutum volens cavere, in majus incidat, quo perdatur: sic qui nimis vult esse justus, volens aliquod indebitũ devitare; aliquandò cadere solet in majus: & ità ei via Paradisi arctatur, ut per lutum vadat perditus in infernum.

Quartò, quia infirmitatibus cœteris dari solet interpellatio, morbique vel auctio vel diminutio: cùm in hac gravissima Scrupulorum jugis detur continuatio, quæ diminutione vacans, semper tendit ad auctionem; prò ut in Deuteronomio, ibi: [c] *timebis die ac nocte, & non credes vitæ tuæ; manè dicens: quis det mihi vesperam: & vespere; quis det mihi mane; propter tui cordis formidinem.*

[c] *Deut.* 28. 66.

Quintò, quia quælibet infirmitas altera de facili reddi poteſt sanabilis, arte adhibitâ Medicorum: hæc verò infirmitas scrupulorum difficillimè, ut præmisimus, perfectæ redditur sanitati; licèt Homo medicus humana quæque

adhibeat medicamina; ob idque, quia regulariter ſoli Deo Medico reſervari ſolet hæc cura, & ab ipſo ejuſmodi ſanitas expectanda; in ſignum propterea ſpecialiſſimæ gratitudinis, ajebat à tali morbo ſanatus Dauid: [d] *ſalvum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.*

[d] Pſ. 54. 9.

Sextò, quia quædam vitia deprehenduntur manifeſtè eſſe vitia; ſed cùm hæc gravis paſſio frequenter vocari ſoleat Virtus; ut ibi: [e] *Beatus vir qui ſemper eſt pavidus*: ſub ipſa virtutis ſpecie, eò periculoſior eſt, quò virtuoſior. Undè nè homines ſub hac virtutis larua decipiantur, ait ſapiens: [f] *noli eſſe puſillanimis in animo tuo.*

[e] Prou. 28. 14.

[f] Eccl. 7. 9.

Septimò, quia pleraque mala, licèt morboſa ſint, alios tamen non ſolent inficiari, nec omnibus obeſſe: Scrupuloſitas verò, uti malum verè peſtiferum, cunctos inficiatur, & Omnibus ſecùm converſantibus obeſt. Ob idque voce Divina bellantibus olim præcipiebatur: [g] *Qui corde pavidus eſt, quivè formidoloſus, vadat, & revertatur in domum ſuam; nè pavere faciat corda fratrū ſuorū, ſicut*

[g] Deut. 20. 8.

ipse timore perterritus est.

Octavò, quia sicut Ursus & Canis bestiolas illas eò magis infestant, quò cœteris bestiis esse comprehenduntur pavidiores, Cervos videlicet, Lepores, hisque similes: ità Diabolus, qui & Ursus & Canis est, *& Leo rugiens:* [h] *circuitque ob id semper, quæres quẽ devoret*: illos magis, magisque solet suis tentationibus infestare, quos timidiores invenerit, cordeque infirmiores. Ut cognoscatur ideò, quod multum valet contrà Dæmonũ impugnationes animi virilitas, cordisque confortatio, ait Paulus: [i] *confortamini in Domino, & in potẽtia virtutis ejus, ut possitis stare aduersùs insidias Diaboli.*

h 1. Pet. 5. 8

i Eph. 6. 10.

Ultimò, quia passiones animi quædã non solum homini operanti aliquandò non obsunt; quin imò & prosunt semper, & muniunt: dum ẽ contrario passio hæc Scrupulositatis, inordinatè concepta, non potest hominis operationibus non obesse: ut optimis rationibus *D. Thomas*: [k] tùm quia rationem perturbat; intellectum obnubilat; cœterasque, Animæ

k D. Tho. 1. 2. 9. 44. art. 4.

Animæ potentias ſubvertit:tùm etiam quia vires enervat, ſtomachum debilitat, totumque corpus facit pigreſcere, hæbetumque reddit,ac tabefactum; totum integrè apperiente Pſalmo: [l] *Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ: miſer factus ſum, & curvatus uſquè infinem, tota die contriſtatus ingrediebar: quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea: afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis,rugiebam à gemitu cordis mei*: & cœtera,quæ non ſinè lachrymis poſſunt enumerari mala, quibus Scrupuloſus Aeger miſerrimè prægravatus, *auxilium ſibi de Sancto* [m] conciliare nititur omni ope: optimè ſciens, quod niſi Supernus Medicus ſua propinet medicamina; non poterit tali gravatus morbo non deperire: undè ſequitur: [n] *Domine antè te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus: cor meũ conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea,& lumen oculorum meorum,& ipſum non eſt mecum. Tu verò exurgens miſereberis Deus;* [o] *quia tempus miſerẽdi mei,* quia

l Pſal.37.6.

nu.7.

m Pſal. 19. 3.

n Pſ.37. 9.

o Pſal.101. 14.

quia venit tempus. Extende nunc ergò Domine manũ tuam, p *inclina ad mè autem tuam, accelera ut eruas me. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii ut saluum me facias; quia mandata tua concupiui: quoniã fortitudo mea, & refugium meum es tu; & propter Nomen tuum deduces me & enutries me. Educes me de laqueo hoc*(laqueum præfocantem vocat scrupulum) *quem absconderunt mihi; quoniam tu es protector meus*. Hæc eadẽ, Fratres mei, & Nos humili precatione promamus; ut Remedia nobis proficiant, quæ sequentur.

p *Psal.* 30.3. *num.* 4. *num.* 5.

Quæ sint remedia contrà Scrupulos, & quomodò Scrupulosis aptentur.

CAP. VII.

LIcèt multa sint remedia, quibus vitæ Spiritualis *Peritiores Medici* solent Scupulosos Aegros curare; unum tamen erit salubrius, unum porrò cœteris aptius; ut perfectæ sanitati restituãtur; oculos nempè ad Cœlos levare,

manus & corda ad Dominum dirigere, undè & auxilium verum, & remedium certum posse credimus provenire; dicentes quæ David olim: [q] *ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam*: & aliàs: [r] *Levavi oculos meos in montem, vndè veniet auxilium mihi*: certiores facti ab Ieremia de misericordia obtinenda, verbis illis: *leva ad Eum manus tuas, & miserebitur tui.* [s]

[q] *Psal.* 85.4.
[r] *Psal.* 120.1.
[s] *Thr.* 2.19.

Hoc primo itaquè salubriori remedio & aptato primò primùm Aegrotis ipsis, & sæpè sæpiùs repetito; non dubitamus cœtera illis propinanda *à Doctoribus* remedia habeãt prodesse; prò ut patebit experientiâ. Vndè *Sylvester* [t] de hoc eodẽ primo, ad scrupulos abigẽdos, remedio, ajebat dicens: continuatio devotæ orationis, humilisq; ad Deũ interpellationis, & per Aegrotum ipsum, & per alios Deo gratos homines, quantùm huic ægritudini sit proficua, probat multis locis Scriptura, & ibi præcipuè, ubi Christus Divinus medicus voce sua ait: [u] *hoc genus Dæmoniorum non*

[t] Sylvest. in summ. verb scrupulus.
[u] *Matth.* 17. 14.

eiici-

eiicitur nisi oratione & jejunio: & alibi textus Sacer: [x] *multum valet oratio justi assidua ad obtinendũ*: siquidem, *& omne datum optimum, & omne donum perfectũ de sursùm est, descendens à Patre Luminum*; [y] à quo cuncta, per orationis meritum, Egenis nobis dilargiri, non dubitandum. Observat ideò, *ex Augustino, & Antonino*, *doctissimus Reginaldus*, [z] Dominum non nisi per preces, & orationes, manus suas, ad nos pauperes ditandos, semper aperuisse; quas, sinè prece, absquè oratione, sinè humili deprecatione, contractas habuisset omninò. Non enim dare solet Deus, nisi rogatus; ut & humiliemus animas nostras *antè ipsum, qui fecit nos*; [a] *quoniam ipse est Dominus Deus noster*: & jugi orationi assuescamus; & Nos aliàs indignos esse, *aliquid obtinere à nobis* [b] *quasi ex nobis*, verè credamus; & tandèm non nostris industriis, non operibus ipsis nostris, non nobis laborantibus; sed orãtibus nobis, Nobisque bonis operibus insistentibus, sanitati restitutos esse profiteamur. Probè ideò ajebat aliquãdò

x *Iac.* 5.16.
y *Iac.* 1.17.
z Reginald. lib. 2. nu. 105.
a *Psal.* 94.6.
b 2. *Cor.* 3. 5.

c Iac. 1. 5. dò Iacobus : [c] *ſiquis veſtrûm* (dicens) *indiget Sapientiâ*, (fatvus quippè ut plurimùm eſſe ſolet, ut probavimus, Scrupuloſus ; ob idque ſapientiâ indigus :) *poſtulet à Deo , qui dat omnibus affluenter , & non improperat* . Undè ſinè oratione , abſquè eleemoſinis , & jejunio , ſinè operibus bonis, *ait Ioannes Buſæus*, [d] non ſolum difficile , ſed & omninò impoſſibile eſt, ſanitati reſtitui Scrupuloſum: qui dum figuratus in Euangelio per Lunaticum illum , à ſpiritu malo obſeſſum ; meritò Divinus medicus Chriſtus, illud, quod ſuprà meminimus, remedium voce propria propinavit , dicens : *hoc genus Dæmoniorum non eiicitur, niſi oratione & jejunio.* [e]

d Ioannes Buſ. V. Cõſcientia ſcrupuloſa.

e Matth. 17. 14.

Secundum remedium contrà Scrupulos erit , ut id quod oratione à Deo petitur, per merita Chriſti petatur ; ad illud ejuſdem met Medici : [f] *Si quid petieritis Patrẽ in Nomine meo, dabit vobis. Uſquèmodò non petiſtis quidquàm in Nomine meo* : ideſt quidquàm non petiſtis in Nomine meo , quod veſtræ ſaluti conducat : *prò ut ſapientiſſimus Auguſtinus.*

f Ioa. 16. 23. num. 24.

nus.[g] *Petite, & accipietis: ut gaudium vestrum sit plenum.*[h] Ideſt petite, ut gaudium veſtrum plenum ſit; quod planè plenum erit, ſi ad Dei gloriam ſit petitio: & certi ſitis accipere, quod petiſtis.

[g] August. Ser. Dom. in Mont. ſuper hoc Evang.
[h] *Ioannis* 16. 25.

Itàque per merita Chriſti filii, Divini noſtri Medici, *acceſſum habeamus ad Patrem:*[i] Ipſumque oremus, ut ſi expedit, ſitque veraciter ad majorem ſui gloriám, auferat à nobis hoc malum; indèque acipere certi ſimus: *ità ut gaudium noſtrum*, obtenta ſanitate, *ſit plenum*.

[i] *Eph.* 2. 18.

Inſupèr petitio tunc Nobis proderit ad ſalutem, cùm fiet ſyncero animo, cordiſque averſione à peccato; ſecùs verò, ſi peccato retēto: juxtà illud Pſalmi:[k] *iniquitatem ſi aſpexi in corde meo; non exaudiet Deus.* & Iſaias:[l] *cùm multiplicaveritis orationes veſtras, non exaudiam; quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt.*

[k] *Pſ.* 65. 18.
[l] *Iſai* 1. 15.

Tandèm niſi fiducia, & perſeverantia ſimul conjunctæ ſint in petendo; nec obtinere erimus digni, quod noſtris

orationibus flagitamus: merita enim propria Orationis sũt, postulare absquè hæsitatione; *pro ut Iacobus*: [m] & petendo, pluriès pluriesquè pulsare; prò ut in Euangelio ibi: *amen dico vobis*, [n] *si perseveraverit pulsans*, *& si non dabit illi surgens*, *eò quod amicus ejus sit*, *propter improbitatem tamen ejus surget*, *& dabit illi quotquot habet necessarios*.

[m] Iac. 1.6.
[n] Luc. 11.8.

Tertium remedium, ad Scrupulos abigendos, erit Altaris frequentia; ex qua Hominibus omne bonum. Ibi quippè Caro, & Sanguis Christi, infirmis nobis, ad Animæ corporisque salutem, parata sunt: *Caro mea verè est cibus*, *& Sanguis meus verè est potus*: [o] *qui manducat meam Carnem*, *& bibit meum Sanguinem*, *in me manet*, *& ego in illo*. Hæc Christus: qui paulò antè: [p] *Panis*, *quẽ ego dabo*, *Caro mea est*, *prò mundi vita*. Sicut enim in subcinericio illo Eliæ pane saluberrimo: *in cujus fortitudine*, [q] *Elias ipse quadraginta diebus*, *& quadraginta noctibus*, non deficiens, *ambulavit*: mysticè Altaris designatum est Sacramentum: ità, re verâ, hoc Aegris

[o] Ioa. 6.57.
[p] Ioa. 6.52.
[q] 3. Reg. 19. 8.

Nobis aptato medicamine, robore ſpirituali Animam noſtram completam experiemur; ità ut & valeat reſiſtere Diabolicis tentamentis; & ad Montem, qui Chriſtus eſt, pervenire: dicente Pſalmo: [r] *paraſti in conſpectu meo menſam, adversùs eos, qui tribulant me*: ac repetente, prò Elia memorato, Scriptura: [f] *& ambulavit in fortitudine cibi illius, uſquè ad montem Dei Horeb.*

r Pſal.22.5.

f 3. Reg.19. 8.

De Aliis tribus remediis contrà Scrupulos.

CAP. VIII.

Quartum, quod *Medici* [t] curæ Spiritualis, ad ſanandos Scrupulos, ponunt remedium, eſt debita ad Dei gratiam præparatio: ut ſcilicet vexatus ſcrupulis Homo, humiliãdo ſe antè Deum, nihilque boni de ſe præſumendo: *vaſa vacua* præparet cordis ſui Deo vivo & vero; ad ejus gratiam, ùbi placebit infundere, ritè ſuſcipiẽdã: dolendo prò viribus de præterito, &

t Conſule Sylveſtr.u. Scrup.n.3.

promittendo indubitatã emendationẽ de futuro. Siquidem facienti quod in se est, dat Deus infallibiliter dona sua; nec Spiritum Sanctum suum sinit elongari, ùbi videt hominem ad fluenta suæ gratiæ humiliter præparatum: ad illud Psalmi:[u] *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum: longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi Salutare meum.*

Quintum erit remedium, observantia exactissima Mandatorum; prò ut ex Scriptura insinuat Christus:[x] *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*: ad quod peculiariter consulendi *Ioannes Nider*;[y] *& Rodriquez.*[z] Nulla enim humana industria sufficit, nulla hominis diligẽtia prævalet, ut sanemur in corpore; nisi priùs Anima sanitati restituatur: nec restituitur quidem, ùbi Dei præcepta non observantur. Undè sanitati corporali restituto illi dicitur:[a] *Ecce sanus factus es; jàm noli peccare, nè deterius tibi aliquid cõtingat.*[b] *In malevolam quippè animam non ĩtroibit sapientia; nec*

habi-

u *Ps.90.15.*
x *Matth.19.17.*
Prou.7.2.
y Ioannes Nider. in lib. cui tit. conf. tim. Conscie.
z Rodriq. q. Reg. to. 3. q.66. art.2.
a *Ioa.5.14.*
b *Sap.1.4.*

habitabit in corpore ſubdito peccatis. Erit autem, calcaris inſtàr, Noviſſimorum noſtrum conſideratio; mortis ſcilicet, Supremi judicii, ęternorumq; ſuppliciorum; ad obſervantiam Mandatorum explendam; dicente Spiritu Sancto per Salomonem: *memorare noviſſima tua, & in æternum, non peccabis.* [c] Lepidè ſcribebat ideò [d] *Cajetanus*: Illum ſe nō diſponere, ut par eſt, ad obtinendum adversùs ſcrupulos ſupernaturale auxiliũ, quo eget; ut ex illis mereat liberari; Qui peccata, ne dum mortalia, ſed & venialia quidem paruipendit; nec toto ſtudio, ſummâ diligentia, ingentique conatu, illa nititur devitare: quoniàm non eſt mirum, illi deeſſe Angelicam Cuſtodiam, neceſſariã ad præſervãdum; qui ſibi ipſi deeſſe parvipendit.

c *Eccl.* 7.4.
d Caiet. in ſumm. v. Scrupul.

Sextum remedium, ſolicita erit Sacræ Scripturæ indagatio, quâ & mens efficitur lucidior, & animus ad Gratiam ſuſcipiendam aptior, & memoria fœcundior, & intellectus ſubtilior, & voluntas tandem, ad bonum proſequendum, malumque fugiendum, promptior red-

redditur, atq; pronior. Indè enim Paulus, dilectum filium suũ Thimotheũ, [e] *quem ut animam propriam diligebat*, cuìq; omne bonum apprecari non desinebat, hortando monuit, dicens: *dum autem venio, attende lectioni*. Indèque & *Divus Antoninus* suis charissimis subditis subsequenter: Optima regula est, ac potissima contrà Scrupulos medicina, Sacræ Scripturæ sollicita indagatio, per quã intùs docetur, [f] quid agendũ, quidue erit ab homine dimittendum. Hæc ille. Et Sapiens: [g] *audiens sapiens sapientior erit; & intelligens gubernacula possidebit*. Huic autem Sacræ Scripturæ studio, librorumque scripturalium lectioni [h] [i] [k] *Cordatiores Theologi* libros conjungunt spirituales, atquè Ecclesiasticorum Doctorum scripta, item Divinitùs inspirata, ad morum informationem, intelligunt glutinata; quippè quæ Mundo proposita tùm ad illuminandos mentis oculos: *ut quæ agenda sunt videant*: [l] in ipsisque agendis & vitia caveant, & Dæmonis in fallendo versutiã advertant; & honestatis iter sequantur:

e 1.Tim.1.2.
Ca.4.13.
f D.Anton. 1.p.tit.3. cap.10.§.10.
g Regin.p.1.lib.2.c.9 nu.109.
h Ioannes Nider.ubi supra.
i Lud.Carb. item ubi sup.
k Corrad. quæsit.25.
l Orat.Ecc.

tur: tùm ad inflammandos voluntatis affectus, *ad currendam mandatorum viã*, de qua Psalmus: *viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.* [m]

m Psal. 118. 32.

De Tribus aliis Remedis, ad curandum Scrupulos.

CAP. IX.

Septimum habemus *à Divo Bernardo*, [n] ad Scrupulos curandos, potissimum planè remedium: Obedientiæ videlicet humilis imitatio. Et benè humilis imitatio: quia Obediens humilis Humilẽ imitatur Christum obedientem: *Qui, factus obediens usquè ad mortem*, [o] *mortem autem Crucis; Nomen hæreditavit suâ humili obedientia, quod est super nomen:* [p] *ut in Nomine Iesu omne genuflectatur, Cœlestiũ terrestrium & infernorum.* Undè ipse idem: [q] *discite* (ajebat discipulis suis) *à me, quia mitis sum & humilis corde*: discite inquàm (*prò Christo Augustinus*) [r] non Mundum fabricare, non miracula facere, non montes

n Bern. de grad. humil.

o Filipp. 2.8.

p num. 10.

q Matth. 11.29.

r August. Serm. de de verbis Domini in monte.

tes de loco in locum transferre, non virtutes solius Divinitatis proprias exequi; *sed discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* [f] Discite, filioli, obedire; quia ex Obedientia omne bonum. Properet itàq; *Bernardus*, [t] suamq; optimã, ad tollẽdos Scrupulos, AEgris scrupulosis medicinã propinet, dicẽs: quidquid vice Dei præcipit Homo, quod nõ sit tamen certũ displicere Deo, haùd secùs omninò accipiendum est, quàm si præcipiat Deus. Et infrà: Magistrum, quem prò Deo habemus, tãquàm Deũ, in iis quæ apertè non sunt contrà Deũ, audire debemus. Et iterum: si ut Deus, Dei Vicarius aliquid jusserit tanquàm Homo, quodcumque illud fuerit, pari obsequendum curâ, pari reverentia deferendum; hoc uno excepto: si Deo contraria juberet. *Hæc Bernardus.* Et quidem optima antidota, potissima medicamina, remedia ultrò citròq; salubria, ad salvandos Aegrotos. Nã quomodò nõ sanabitur Scrupulosus, qui nõ in manu sua, *sed in manu Dei est, à Quo procedit certissimè omne bonum?* Ah! quan-

[f] Matth. 11. 29.

[t] Bernard. ubi sup. Et de præcept. & disput. to. 1.

quanta ſunt, & quàm rara obedientiæ bona. Quis poteſt ea dinumerare, & non enumerando deficere? Conſulantur *Theologi*, [u] [x] *qui poſt Gregorium* [y] in ſola Obedientiæ virtute, omnes vel Regulares, vel Thelogicas, vel Virtutes Cardinales, vel Virtutum omnium genera reponere non cunctantur: unâ tamen omnes Charitate Virtutum maximâ præcedēte: *ex Divo Thoma.* [z]

[u] Suarez. & [x] Caiet. ſuper 2.2. D. Tho. qq. 104. art. 3. & 486. art. 8.
[y] Greg. ult. moral.
[z] D. Tho. 2.2. q. 104. art. 3.

Apparuit aliquandò Frater quidam Dominicanus recens defunctus Scrupuloſo cuidam fratri, deque ſuis quondàm Scrupulis ſciſcitanti dixit: [a] ſanitas ſcrupulorum, Magiſtri obedientia humilis. Itàque dico tibi: Diſcretos conſule, illiſque acquieſce, & ſanaberis. Bernardi quidam diſcipulus, [b] in tantùm à ſcrupulis agitatus erat; ut nec celebrare valeret: adit Magiſtrum, eique dicenti, credens: vade, in fide mea celebres: celebravit; & omninò liberatus eſt à Scrupulis, ac ſanatus. Aſt dicet ille, qui ut Scrupulis, ità ſpiritu agitatus eſt inobediéntiæ: da mihi Bernardum magiſtrum, ſivè Prælatum, & continuò

[a] Ex Diuo. Anton. in ſum. p. 1. tit. 3. c. 10.
[b] Conſule Ioann. Buſ in arca me dica: v. Cōſcientia ſcrupuloſa.

ac-

acquiescā ei :respondetq; illi *Parisiensis Cancellarius ex Rodriquez*:[c] [d] *Infirmitas hæc tua ad mortem est*,[e] Frater. Quisquis enim ità dicis: *nō sapis quæ Dei sunt*,[f] *sed quæ sunt hominis*. Debes quippè Prælato tuo, atque Magistro spirituali, nō ut homini jubenti obedire, sed ut Deo, cujus ipse super te gerit vices. Audi propterea Deū ipsū dicentē. [g] *Qui vos spernit, spernit pupillā oculi mei; qui verò vos audit, me audit.* [h] Ut quid ergò in ipsa Magistri sufficientia scrupulizas; qui, tanquàm infirmus Medico, sic Patri spirituali tuo, tuoque Superiori debes parere, ut salvus fias? Scrupulis angeris, depone Scrupulos arbitrio Boni viri; eique in dubiis, & in biviis crede; tā tùm non sit ejus judiciùm contrà Deū: & certæ sanitati restitui sis securus. *Hæc Gerson*: qui sæpiùs scriptis suis inculcat, hanc esse potissimam contrà Scrupulos medicinam, iudicio ac sapientiæ Boni viri, etiam si Prælatus nō sit, sivè Superior, humiliter se subiicere; illique in omnibus, quæ ad suam scrupulorum infirmitatem potissimùm spectant,

c Gerson. 3. par. operū.
d Quem ref. Alph. Rod. exer. Spir. p. 3. tract. 5. de Obed. cap. 11.
e *Joa.* 11. 4.
f *Matth.* 16 23.
g *Zac.* 2. 8.
h *Luc.* 10. 16.

ctant, exactiſſimè obedire. Siquidèm exercendo Scrupuloſus humilitatem Deo acceptiſſimam, & Obedientiam ſummè meritoriam, Deo in tantùm fit placens, ut dignus exaudiri inveniatur, mereatq; tandē à Scrupulis liberari. Et certè qui hanc medicinam reſpueret, cœteris fructuosè uti non poſſet: cùm in moralibus cunctis, particularia omnia debeāt ex generalibus regulis dirigi, ſecundū judicium Viri prudentis, ac docti, benèque ad ipſa particularia affecti: nec licèt, ſinè gravi temeritatis notâ, dictum illius reſpuere, quod non apertè cognoſcit illicitum: quinimò tutiùs illi erit, Scrupuloſo videlicet, omni depoſitâ dubietate, tutâque Conſcientiâ illud ſequi; Deo fidens: Qui non ſinet unquàm Animarū Magiſtros hallucinari.

Alvarez [i] de vita Spirituali ait: Obedientia, quâ quis Prælato, ſivè Magiſtro, Patrique Spirituali ſe ſubmittit, ei credens; & imperanti contemptum Scrupulorum obediat; tanti erit meriti apud Deum, *ut non quieſcát*, *donec obtineat*: imò

i Alu. de vita Spir. lib. 1. p. 3. c. 12. §. 5. num. 3.

imò & si ille erraret,docens: Discipulus non errat quidem, nec peccat , obtemperanti parendo. Nec standum quidem Ægrotis dicto , se Scrupulosum non esse , sed conscientiæ teneræ ; quin imò illi potissimùm adversandum,Magistroque Spirituali credendum;licèt ipso,indoctiore fortè Medico,longè sapientior sit Aegrotus. *Hactenus Alvarez*. Qui in fine prædicti capitis duodecimi sic cõcludit:hæc in gratiam Scrupulosorum , ex doctrina Scolastica,cum quanta potuimus brevitate collegimus : quæ scimus utilia non fore , nisi illis tantùm , qui Patri Spirituali crediderint, seseq; ab iisdem siverint gubernari. Qui verò Patri Spirituali,sivè Superiori, quod esset gravius,haud credent; nunquàm penitùs curabuntur , eruntque desperatis ÆEgrotis similes , donec Ductori subdantur.

k Bec. p. 2. tr. 1. c. 4. q. 10. nu. 5.

Bæcanus: [k] Homo qui Scrupulis agitatur , non potest uti meliori remedio, quàm si simpliciter credat suo Cõfessario , aùt alicui Viro bono , & docto ; & quidquid ille intellexerit, depositâ dubita-

bitatione, ſequi; ejuſque conſilio acquieſcere. Si autē Nullius copiam habeat Probi viri, quèm conſulat, & tamē Scrupulis angatur; curet habere propoſitum nō peccandi; adhibitâque morali diligentia, bonâ fide procedat ad operandum, & non peccabit. *Hæc ille.*

Petrus Bleſenſis: [l] quidquid tibi Prælatus injunxerit, quod Animæ ſaluti nō obuiet, ſic illud amplecti debes, ac ſi Deus ipſe præceperit: aliàs eris miſerabiliter in peccato.

l Petr. Bleſ. epiſt. 131.

Sayrus: [m] melius, ad tollendos Scrupulos, non erit remedium uſquèquàq; ut Quis non judicio ſuo, ſuâque cogitatione nitatur; ſed ſimplici ſynceroq; corde, nō obſtante quâcumque alia ratione, quæ ſibi in contrarium poteſt offerri, Confeſſario credat; Prælatoque ſuo, Patri verè ſpirituali obediat: ſibi certiſſimè perſuadens, *ut docet Martinus Fornarius*, [n] id sūmo Deo magis placere, quod Prælatus, ſiuè Confeſſarius, medicus Animæ propriæ perſuadet.

m Sayr. lib. 1. c. 14. n. 2.

n Forn. inſt. conf. tr. 2. cap. 18. §. 4.

Corradus: [o] Id ſuper omnia obſervādum, ut ſcrupuloſus Aegrotus Prælato

o Corrad. quæ. 251.

ſuo, ſivè Cōfeſſario,vel Cuilibet alteri, quem elegerit, tanquàm ad ſe regendū idoneum,in cunctis pareat; nec ad ejus dictum obmurmuret, nec titubet ; imò dictis illius obedientiſſimè acquieſcat : nàm ſicutAeger in corpore,niſi Medico obediat,ſanus non evadet; quin potiùs morti propinquat:ità Aeger in Anima, ubi medico Spirituali non paret.

p Reginald. lib.13.cap. 11.nu.115.

Reginaldus : p Qui fuerit ineruditus, vel ſi eruditus, quem turbatio aliqua occupat ; conſulat Virum eruditum, & pium;ipſiuſque judicium, depoſitâ dubitatione ſequatur. Si autem res ferat,ut per ſe habeat definire, ſequatur id quod melius invenerit ; adibitâque morali diligentia, ſequendum judicaverit. In tali quippè judicio uti debet æquitate,quæ à Græcis dicitur Epycheja; eſtque juſtitia dulcore miſericordiæ temperata, penſatis omnibus circumſtantiis particularibus. Illius autem officium proprium eſt, in actu particulari diſcedere à verbis generalibus Legis,ſervatâ tamen hujus intentione ; ſicut regulariter fieri ſolet,cum de agen-

dis

dis judicium fertur non ſecundum rigorem verborum Legis, ſed ſecundum intentionem, quam in tali caſu Legislatorem habuiſſe, aut habere debuiſſe, recta ratio expoſcit.

Ioannes Buſævs: [q] Si paſſio Scrupuli ità mentem obſcuret, ut neſcias tecum ſtatuere, an peccato conſenſeris, ſivè vel Dei legem, vel præcepta Eccleſiæ trãſgreſſus fueris, prævaricator mandatorũ exiſtens; nè fidas tuo judicio; ſed alieno, utpotè Superioris, Confeſſarii, vel alterius probatæ fidei, cognitæque ſcientiæ Medico ſpirituali; cujus ſententiam in omnibus conſtanter ſequaris. Monet enim ſapiens: [r] *nè innitaris prudentiæ tuæ*. & Tobias: [ſ] *Conſilium ſemper à Sapiente perquire*. Undè *Auguſtinus* [t] Paulino conſulvit, ut ejuſmodi animi dubitationes cum aliquo conferat perito medico Spirituali.

q Buſ. ubi ſupra.

r Prov. 3. 5.
ſ Tob. 4. 19.

t Auguſt. Epiſt. ad Paulinum.

Octavum remedium eſt, Scrupulorũ depoſitio arbitrio boni Viri. Scrupuli enim ex licito faciunt illicitum; ex bono malum; ex indifferenti opere opus conſtituunt damnabile. Undè ſcrupu-

lis agitatus, si prudens est, & sapiens, Hominum prudentium ac sapientûm ad instar vivere debet: Qui quod illis licitum videtur, licitum putant exequi, absquè animi cunctatione, absquè dubietate, absquè perplexitate, vel anxia. Si autem indoctus est, consulat Doctos, & secundum illos, quod illi sinè timore faciunt, sinè timor exigere non cunctetur; illasque sibi non esse impositas leges intelligat (*ut loquitur hoc casu Alvarez*) [u] quas illi, congruis rationibus, probavere. Id autem in praxi certissimè esse servandum tradit *Filliucius*, [x] ut videlicet Scrupulis actus, scrupulos ad consilium Boni & docti Viri deponat, sciatque se excusari funditùs à peccato, etiam si Doctor erret. Sufficientem quippè rationem inducit, ad scrupulum deponendum, *ut docet Bonacina*, [y] Confessarii, vel probi Viri, sinè Superioris dictum; cui stans Scrupulosus, non dicitur errare. Imò & addit *Emmanuel Sà*, [z] non solum posse Hominem scrupulosum scrupulum suũ deponere consilio probi Viri, sivè proprii Confessarii; sed

& ali-

u Alv. ubi sup. nu. 7.

x Filliuc. tom. 2. tr. 21. cap. 4. num. 182.

y Bonac. disp. 2. de pecc. q. 4. pu. 8. n. 4.

z Emm. Sà v. dubium.

& aliàs, aliâ probabili ratione perstante: si scilicet ab Aliis doctis ac timoratis hominibus id fieri videatur; si consuetudo Bonorum in id consentiat; si absquè peccati formidine id exequi assolent Alii, quorum vitæ methodus aliis esse possit vivendi Regula; sicque de his similibus, quæ fusiùs videri possunt *apud Layman.* [a]

Nonum erit remedium, Probabilis existimatio; quâ Quis in moralibus rebus, imò & in actionibus cunctis debet prudenter duci; eamque vel ab ipsomet Scrupuloso inuentam, vel à Magistro Spirituali propositam, vel apud probatos Scriptores relatam, vel in Sacris Canonibus approbatam, vel tandèm rationi congruam, modò non sit temeraria, *vel auribus pruriens*: [b] sequi posse credat, absquè Conscientiæ diminutione. Non enim semper res dubiæ, vel obscuræ, sivè incertæ, evidenti ratione sunt appendendæ: sed verosimili ratione sunt moderandæ. Nihil quippè magis in re obscura dubietatem auget; quàm super illam, vel suspicionem

a Laym. lib. 1. tr. 1. cap. 6. num 6.

b 2. Tim. 4. 3.

admittere,vel hæſitare. Undè fit,quod contempto ſcrupulo, Scrupulus ipſe ſubitâ interpolitione diluatur. Proprium quippè Dæmonis eſt,dicere illud *quomodò*: quod primò dictum, totum humanum Genus infecit: [c] *Cur præcepit vobis Deus*? Vox diabolica eſt, *ait Sanctus Ambroſius*, [d] inquirere,quo nàm modo illud vel iſtud fiat. Dæmonis eſt ità ſugerere; ut quod feciſti, non benè feciſti:quamvis optimum fuerit,nè dum bonum. Undè *Antonino* [e] *authorante* dicimus,hæſitationem eſſe omninò proiiciendam,poſtquàm Quis aliquid agere probabili ratione decrevit. Credens enim ſic probabiliter eſſe faciendum, & ſi id eveniat cum aliquali formidine partis alterius;non peccat tamē illud agens, etiam ſi Agentis falſa eſſet opinio:*pro ut cōmuniter Doctores Scolaſtici apud Filliuciū*,[f] *& Reginaldum*; [g] cujus præcipuè aſſertio ſequens eſt: Ut autē in tali inquiſitione, & obſervatione ſit Scrupuloſos ipſe tutæ Conſcientiæ, non eſt illi opus obſolutâ, & infallibili certitudine;ut rectè monent *Antoninus*, *&*

c *Geneſ.* 3.1.

d Ambroſ. ſuper hunc loc.Geneſ.

e D. Anton. 1.p.tom.3. cap. 10. §. 10. reg. 6.

f Filliuc. ubi ſup.

g Regin. in prax.pa.1. lib.2.c.10. nu.125.

Ger-

Gerson: ſed ſufficit moralis & humana; ſivè per prudentium & devotorum Hominum conſilium, ſivè per judicium proprię rationis, ſiuè per Cõfeſſarii, vel Patris Spiritualis, vel Superioris dictũ, cui tùtò inniti poteſt & debet animus ſcrupuloſus. Moralis aùtem ipſa certitudo licèt non poſſit omninò perſtare abſquè aliqua vel perplexitate animi, vel cordis anxietate, vel hæſitatione, ſivè ſuſpicione partis contrariæ; tamen nõ eſt, cur à cœpto Quis revocetur: nam ſummâ animi tranquillitate agere, perfectâque mentis pace frui, non eſt præſentis temporis, ſed futuri. *Hæc ille.*

De aliis tribus itèm Remediis contrà Scrupulos.

C A P. X.

DEcimum Remedium, ad Scrupuloſos curandos, Remotio eſt cauſæ naturalis: ut potè ſi Quis ſe valdè diſpoſitum cognoſcat flatibus melancholicis, vel hypocondryâ laboret, vel

mirachyâ; quæ mala, *ut loquitur Paulus Zachias*,[h] in mæſenterio plurimùm ſedem habent,& caput, & ſtomachum, & totũ corpus inficiãtur;ità ut miſer patiẽs ſcheletro ſimilis videatur,nõHomo. Tali enim caſu Magiſter ejus Spiritualis ſtatim curet,ut Aeger ille vigilias, abſtinentias, orationes, meditationes, ſolitudinis rigorem,Pſalmodiam,Chori frequentiam,diſciplinas, omneſque ejus generis corporales afflictiones minuat,& arbitrio Medicorum curetur:ità communiter *DD. apud Bonacinam*,[i] *&* *Alvarez.*[k] *Merolla verò*,[l] Qui Medicum aliquandò egit hominis utriuſque; ad curam deveniens Scrupuloſi,in utroque homine graviter infirmati; duo propinavit remedia,quibus,vt ipſe ait, & ſanitati Corpus reſtituetũr, &. ſalutem Spiritus conſequetur. Quorum unum,& principale: ſe ad gratiam prò virili, & ad auxiliũ Dei ſpeciale diſponere: Alterum verò,& acceſſorium: vigilias,abſtinentias,corporiſque macerationes reſtringere;ac Medicorum induſtriâ, contrà atram & flavam bilem, ex quibus pō-

h Paul.Zach de morb. mirach.

i Bonác. diſp. 2. de pecc. q. 4. pu.8. nu.3.

k Alu.de vit.Spi.to. 2. lib. 1. p. 3. c. 12. §. 5. num.3.

l Franc. Merol.diſp.3. cap.3.dub. 3.n.385.

potiſſimùm gignuntur Scrupuli, abſquè cunctatione mederi. Quibus addit *Fornarius* [m] & moderatas recreationes, & aptos cibos,& medicinas, hos morbos validè cöercentes.Et licèt *Diuus Antoninus* [n] *teſte Reginaldo*,[o] nõ diſcrepet,medicinalibus uti debere, cũ opus fuerit, ad Scrupulos tollẽdos,ſi exindè provenire cõprehendantur, ex morbo videlicet corporali, ſivè ex melacholico humore,ſivè ex atrabile,ſivè ex aliis malis humoribus, judiciũ debilitantibus, vel minuentibus;prò quo dictũ accipit illud Sapientis: [p] *Altiſſimus creavit de terra medicamenta, & vir Sapiens non abhorrebit illa*: tamen reſtringendo paululùm dicta;nè ſub tali medicinarum colore: *corpus adversùs ſpiritum inſoleſcat*: [q] prò ut latiùs Divus Paulus:admonet ſubindè, non ſemper expedire ad Conſcientiæ ſanitatem, medicinaliter in omnibus vivere: *nè Spiritus infirmetur, corpore in mollibus recreato*. Hæc, ex mente Divi Antonini,doctiſſimus Reginaldus.

Filliucius [r] tandèm,tria ad materiam, prò Scrupulis abigendis, propon it medica-

m Matt.For. inſt. conf. tr. 2. c.18. num.4.

n D.Anton.

o apud Regin. in pr. for. pœn. p. 1. lib. 2. num.110.

p Eccl.38.4.

q Galat.5.17

r Filliuc.to. 2.tra.21.c. 4.nu.180.

dicamenta ; ùbi prò rato tamen habetur , Scrupulos ex affectione corporali procedere, dicens : triplicis generis remedia conferunt Scrupulosis; quorum aliqua sunt naturalia , ut avertere aliò cogitationē, scrupulos spernendo, ac si ejusmodi infensæ cogitationes Scrupulosæ non acciderent ; aliqua sunt accidentalia , ut potè medicinæ contrà melancholiam, atram ac flavam bilem , & hypocondria; itē moderata recreatio , lætitia, cibus,& quoduis pharmacum, causam affectionis depellens: & aliqua demùm sunt ab experientia, ut scilicet non id quod Scrupuli suggerunt, sed omninò contrarium , scrupulisque ipsis funditùs oppositum, ipsosque destructivum agatur . *Hæc ex Filliucio.*

At quia hoc ultimum, à *Filliucio* adnotatum, magni momenti est, & à Doctoribus,ad vincendos scrupulos, potissimis rationibus & commendatum & inculcatum ; opere pretium est , illud idem,tanquàm peculiare remedium,ac vltrò citròque saluberrimum,paulò fusiùs explicemus . Erit itaquè.

Unde-

Undecimũ Remediũ, Contemptio,& opoſita operatio Scrupulorũ:qui ſi huic remedio pertinaces reſiſtent, erunt oppidò graves, & non niſi ſolâ Oratione & jejunio (*ad iſtar generis illorum Dæmoniorum,* [f] *de quibus ex Veritate ſuprà meminimus*) Chriſto imperante,eiiciendi.

Sit autem *Diuus Gregorius* [t] [u] primus ejuſdem remedii miniſtrator, qui inter illos, ſapientiâ Divinitateque plenos libros ſuos morales,ſcribit: Diabolum aſſimilari Myrmicoleoni, quod animal dicitur Leo Formicarum,quia formicis inſidiatur,eaſque perſequendo occidit: illum verò alia Animalia paulò formicis majora ambulando conculcant, & perimunt. Sic Diabolus complexiones hominis inveſtigans, quos puſillanimes videt, ac parui cordis, ob idque Scrupuloſos advertens, aggreditur; ut Scrupulis invaleſcentibus perdat: Qui tamen à vegetioribus, ac fortioribus, ſpeque & rationis vigore vigentibus abiicitur,proſternitur,conculcatur, perimitur;non aliis quidem armis, quàm con-

[f] *Matth.* 17. 21.

[t] Gregor. in moral. quê ref.

[u] Rodr. q. Reg. to. 3. q. 66. art. 2.

contrà Scrupulos ipsos agendo, & Dæmonem cùm scrupulis unà parvipendendo. *Hæc ex Doctrina Gregorii.* Cui quidem obsequens Magnus ille *Parisiorum Cancellarius Gerson*, [x] ait: debent Scrupulosi audaciâ uti, ut contrà in surgentes scrupulos operentur, aliàs nunquàm pacem habebunt, imò ab ipsis scrupulis suppeditati, peribunt. Mille ideò insurgunt scrupuli apud homines pusillanimes, more canũ oblatrantes, & lacerare minantes: hos autẽ vincere & cõpescere non meliùs potest Homo, quã per conteptum; prò ut fieri assolet cùm Cane allatrante; dummodò contemptus ille sit regulatus, & timoratus, & sub prudentis Viri, sivè Superioris consilio. Potest verò aliquandò & id facere ex consilio proprio, & cum tuta Conscientia; quandò probabilem, sufficientemque habet rationem id faciendi, & quandò id ipse alteri consuleret in negotio simili, maximè si ipse sit doctus. *Hæc ille.*

Sequitur *Antoninus Magnus Florentiæ Præsul*, [y] ac dicit: sicut si Quis vellet li-

[x] Gers. 2. parte. tract. de præpar. ad miss. Alph. 57. litt. F.

[y] D. Anton. p. 1 tom. 3. cap. 10. §. Et aliis, &c.

lignum distortum ad rectitudinē, à qua deflexit, reducere, oportet ipsum retorquere, ad partē opositā recurvando; ut sic tandem ad rectitudinem reducatur: ità non aliter Scrupulosus, in alteram partem, agendo contrà Scrupulos, debet inclinari; ut medium quoddam tenere valeat.

Haberem oppidò grauem item doctrinarum sarcinam anteferre, ubi vel non opprimerer tantis, vel non opprimerem. At consultò, missis aliis, Unum tandem confratrem meum, Nostrumque olim Pastorem Generalem in medium adducere non cunctabor; ut ex ipsius doctrina in id validiùs, ac perfectiùs confirmemur. Ait namquè ad materiam, de qua agimus, *Ioannes Michael Constantiensis*, [z] quondā Prior Majoris Cartusiæ, totiusque Cartusianæ familiæ Generalis: Qui Scrupulosus est, debet omni studio laborare, ut à scrupulositate liberetur; id autem erit, contemnendo scrupulum, & contrà eum agendo, maximè ex consilio vel Superioris, vel Confessoris, aut alterius Boni viri

[z] Io: Mich. Const. lib. exerc. spir. tripl. viæ purg. illum. &c. ibi de mod cur. scrup. &c.

Deum

Deum timentis. Nuſquàm enim & faciliùs & perfectiùs à ſcrupulis Quis liberatur, quàm dum ad arbitrium ſui Superioris, vel alterius Viri boni ſcrupulum deponit, illumque contemnit. Scrupulum quippè contempſiſſe, viciſſe eſt. Si autem agendo contrà Scrupulum, timorem triſtiamque ſentiat Scrupuloſus; non propterea deſiſtat agere contrà Scrupulum, ſed ſatagat hujuſmodi timorem ac triſtitiam depellere; aut ſaltem contemnere; vel ad minùs patienter ferre: in humilis Obediëtiæ merito confidendo; quâ credat, meliùs & Deo gratiùs eſſe, ſi conſilium Superioris, vel alterius Deum timentis ſequatur, ut ex ejus judicio ſcrupulum deponat, atque contemnat, ſivè contra illum agat; quàm ſi id ageret, quod Scrupulus agendum dictaret: imò ſibi perſuadeat, peccatum eſſe, aut ſaltem Animæ ſaluti, profectuique ſpirituali nocivum, ſequi ſcrupulum; conſilium autem boni Viri non ſequi. Propterea bonum illi erit, ſi in Sacramentali ſuâ confeſſione nequàquam ſe accuſet, quod contrà

Scru-

Scrupulum egerit; sed potiùs quod non fuerit sequutus consilium sibi datum contrà Scrupulum. Nequè enim confitendo Quis scrupulum, à Scrupulo liberatur; quin potiùs, & fortior posthæc redit, & vehementiùs exagitat; adeò ut miser Scrupulosus ille pluriès in die cōfiteri desideret; sibique suoque Cōfessori gravis efficiatur.

Itàque hoc casu & arguendus erit Scrupulosus; & si opus fuerit, de sua præsumptione & inobedientia castigandus, deque proprij sensus pertinaciâ acri flaggellatione corripiendus; cui si nec volverit acquiescere, & Scrupulosior efficietur, & à scrupulis omninò liberari non poterit; & quod pejus, è scrupulositate ad perturbationem, à perturbatione ad desperationē, à desperatione verò trahetur tandèm ad æternam damnationem.

Duodecimum remedium est, licitè operari cum Conscientia scrupulosa: [a] ità ferè communiter *Scolastici omnes, post* [b] *Divum Antoninum,* [a] *Gersonem,* [b] *Cordubensem,* [c] *Sylvestrum,* [d] *Navarrum,* [e] *Alva-*

[a] D. Anton. ubi sup.
[b] Gers. trac. de rem. contr. Pusillanim.
[c] Cordub.
[d] Sylvest.
[e] Navarr.

varez,[f] *Bonacinam*,[g] *Filliucium*,[h] *Carbonarium*:[i] *quos refert Layman.*[k] Et ratio eſt, quia cũ ſcrupulus oriatur ex naturæ vitio,vel à cauſa prorsùs extrinſeca , nihil penitus officit ſenſibus ſpiritualibus;ob idq; nõ ſolùm hoc caſu reiiciendi ſunt , ſed contrà illos magnã cum ſecuritate operandum ; tanquàm provenientes non ex vitio Animæ, ſed Naturæ . Et licèt tali caſu & animus ipſe ſubdubitet,& mens vacillet,& Spiritus timore puſillanimitatis angatur, an illud faciẽdo,peccatũ aliquod committatur: tamen hâc de cauſa ,*ſecundũ omniũ Doctorũ prolata*,licitum eſt homini operari cum Conſcientia ſcrupuloſa. Undè *Merolla*,[l] his benè diſcuſſis, ait: Communis opinio , & veriſſima Aliorũ eſt, licitum eſſe operari cum Conſcientia ſcrupuloſa , quàmvis ſcrupulus ipſe non deponatur , ſed in mente maneat; ità ut ipſa Conſcientia ſcrupuloſa nihil mali operetur in Anima, nihilque officiat ad licitam operationem . *Hæc ille*: citatque *Navarrum*, *Sanchez*, *Reginaldum* , *Bechanum* , *Bonacinam* , *& Alios*, hanc

f Alvarez
g Bonac.
h Filliuc.
i Carbon.
k Apud Laym.lib. 1.tract. 1. cap.6.n.2.

l Franc. Merol.to-1. diſp. 3. cap.3.dub. 3.n.379.

hanc opinionem ſtrenuè defendentes. Et ratio quidem eſt, quoniam ad licitè, rectèque operandum, ſufficit planè judicium probabiliter dictans, aliquid licere. Et quàmvis Scrupulus perſeveret in mente, reddens hominem perplexum hæſitantem & dubium; non àmittitur tamen, nec perit prædictum judicium probabile, quod fulcimentum eſt ad rectè operandum, & ad ſupprimendum Scrupulum, licèt adhuc vigeat, nè dum urgeat, actu quo operatur. Confirmatur autem, quia cùm Scrupulus regulariter procedat ex levi fundamento; ut ſuprà præmiſimus: [m] nō eſt valens ideò efficere Opinionem probabilem: imò (*ut ex Filliucio*) [n] ſi hanc efficeret, eâ tamen non obſtante poterit quis licitè, & abſquè peccati nævulo operari contrà eam, adhærendo contrariæ opinioni probabili, & deponendo priorem. [o] [p] [q] Ergò multò magis ſi talis Scrupulus, ſcrupulus dumtaxàt ſit mentis formidoloſæ, non opinio probabilis. Quod ſi per quodlibet ſivè fundamentum, ſivè mentis argumentum, ſivè cor-

m Vid. ſuprà cap. 1. & 2.

n Filliuc. in decal. to. 2. tract. 21. cap. 4. num. 176.

o Bonacina diſp. 2. de pecc. q. 4. pu. 8. nu. 5.

p Itemque Alii idem aſſerūt, cō-

q trà Lopez p. 1. c. 3.

dis *formidolosi* judicium, quod Nos timere *facit* de eo quod probabiliter judicamus agendum, abstinendum esset ab opere; Quis arctam Cœli viam posset ingredi, operando? Nimis arctior, oppidòque difficilis homini ad illam tendenti redderetur; si quælibet res, de qua humanum ingenium, quod vastissimum esse probatur, suâ subtilitate scrutatur, non posset executioni demandari; illâ ejusdem ingenii fluctuatione perstante, ex qua Scrupulus.

At quia *vera Charitas omnem foràs mittit timorem*:[1] non sunt metuẽdi Scrupuli, nec ab operationibus abstinendũ, Scrupulis ipsis vel urgentibus, vel perstantibus: nam secùs; Quis in Mundo salvabitur, quis liberabitur à perditione; cùm nullus penè inueniatur, qui aliquandò non metuat de contrario, ùbi operari contingat?

[1] 1. Joa. 4. 18.

Sed obiicies. *Ex cap. Inquis. de Sent. excomunicat.* Habetur: Conjugem habẽtem Scrupulum circà valorem matrimonii, non posse debitum petere, nisi priùs Conscientiam levem illam, idest

Scru-

Scrupulum deponat;aliàs operabitur in peccato. Ergò nulli licebit facere contrà Scrupulos, ſcrupulis non depoſitis.

Reſpondet *Sanchez*; [f] in citato capitulo non loqui de Scrupulo propriè dicto,prò ut verè Scrupulus eſt,ſecundum definitiones Doctorum; ſed potiùs de dubio, per quod tollitur aſſenſus alterius partis, & quod inducit propterea illicitam operationem contrà Conſcientiam. Scrupulus verò nec tollit alterius partis aſſenſum, nec contrà dictamen Conſcientiæ indicat aliquid fieri; ſed tantùm credendo licitam eſſe operationem, de contraria metuit, ex aliqua apparentia oppoſiti.

[f] Sanchez. ſumm.lib. 1.c.10.nu. 80.

Hinc ergò ſequitur, Eum,qui probabiliter ſibi perſuadet aliquid eſſe licitum,poſſe tutâ Conſcientiâ illud peragere, non obſtantibus apparentiis in contrarium occurrentibus; etiam ſi tali innitantur argumento,ut illud nequeat ipſe diſſolvere; niſi fortè argumentum tale ſit,ut tollat judicium, ſeù aſſenſum de eò, quod licitum eſſe exiſtimabat: quia tunc non ampliùs dicetur Scrupu-

 lus,

lus, ſed dubium, in quo non licet quidquam operari, niſi illud practicè deponatur. *Ita ferè Doctores omnes cum Navarro,*[t] *Bonacina,*[u] *Reginaldo,*[x] *Sanchez,*[y] *Filliucio,*[z] *Aliiſque*; Quos ſigillatim recenſere, ſuperfluum.

[t] Nav. c. ſi quis de pœn. diſt. 7. num. 78.
[u] Bonac. diſp. 2. de pecc. q. 4. p. 8. nu. 5. & 6.
[x] Reg. lib. 13. nu. 112. & 113.
[y] Sanchez ſumm. lib. 1. cap. 9.
[z] Filliuc ubi ſup.

De Aliis tribus Remediis contrà Scrupulos.

CAP. XI.

TErtium Decimum Remedium cõtrà Scrupulos, erit ſubita repulſio, ſeù averſio cogitationis ab illa re, quæ ſcrupuli ſedes eſſe ſolet: ut videlicet, Homo conſpiciens ſe ſcrupulo agitari, an ad aſpectum Mulieris peccato conſenſerit: efficax illi erit remedium, ſi ſtatim ab ipſo exorto Scrupulo cogitationem auertat, & aliò transferat; nec argumentis curet ſcrupulum ſuperare, ſed omninò, illo contempto ac repulſo, credat ſe non peccaſſe. Sicut enim ſi Quis acervo rectè diſpoſito, unũ ex illis dimovere tentaret; quo dimoto, cœterós

teros corrvere oporteret: illo autem loco suo perstante, omnes reliquos perstare non est dubium: ità non secùs quidèm in scrupulis, cùm exoriri contingerit, uno argumētis dimoto, uniq; aure benignâ prestita, statim multò plures, multòque majores insurgere certum erit; ità ut ferè nunquàm, nullaq; horâ mens miseri Scrupulosi, argumētantis contrà scrupulos, optatâ animi tranquillitate fruetur. *Undè Rodriquez:* [a] Ego ideò in ea semper fui opinione (*dicebat*) ut Viri docti, & Cōfessarii periti, ab Scrupulosis consulti, non aducant illis multas vel rationes vel argumenta, quibus Scrupuli eorum tollantur; sed paucis verbis, simpliciter & absolutè illos dimittant, dicendo eorum Scrupulos nullo niti fundamento, quo validè possint perstare: & si dicere fas est; dicant, ipsos esse fatuos, mentecaptos, ac ratione parùm utentes; ut ex tali responsione Cōfessis sit verecundia iterùm confiteri. Siquidem ex [b] *Isaia*: *sola vexatio intellectum dabit auditui*. Nam si procurent aliòqui Eos rationibus, & argumē-

[a] Rodriq. quæst. Reg. to. 3. q. 66. art. 2.

[b] Isai. 28. 19.

tis convincere ; ex iisdem ad ſcrupulizandum validiùs ſument occaſionem. *Hæc il le.*

Si itaquè exortis Scrupulis, ſtatim aliâ cogitatione non obuiet Scrupuloſus; fiet in ipſis argumentis, quibus fortè ad tollendos illos Scrupulos uſus eſt, ſcrupuloſior: nam una motâ phantaſia, oportet multas conſequenter moveri; ità ut in poteſtate non ſit ſequentes compeſcere phantaſiarum commotiones: prò ut in lateribus ordinatè cohærentibus, ut dudùm præmiſimus, eſt videre; quod uno moto, cœteri ſequantur neceſſe eſt, & unus poſt alium tendet ad caſum. Ideò optimum erit medicamentum, Mentem cogitationem & animum à ſcrupulis diſtrahere, & alterâ oppòſita imaginatione, imaginationem illam ſcrupuloſam ſupprimere, ac ſi Ejuſmodi cogitatio non accideret. Quod ſi ex hac rejectione Scrupuli, aliquod in opere ſequeretur fortè peccatum, illi tamen ad peccatum non imputabitur; ut validis rationibus probat *Alvarez.*[c]

[c] Alv. de vit. ſpir. loc. ſuprà cit. nu. 8.

Nè autem ſcrupulis vacandi tempus

ſup-

suppetat; quo ut ipsi Scrupuli magis magisque invalescant,(*ac velut Hydra Herculea*, [d] *ex qua uno amputato capite, septem erumpembat*) & ex uno multiplicentur alii:optimum erit *Cajetani* [e] monitum; nè scilicet unquàm otio vacet, sed aliquâ semper honesta occupatione Scrupulosus ipse detineatur;ut mens distracta operi,scrupulis non angatur.

[d] Torsell. comp.hist. Mu.in Her.

[e] Cajetan. verb.scrupulorum medicina.

Quartum decimum remedium erit , vel Conscientiam scrupulosam , vel Diabolum ipsum in favorem scrupulorum argumentantem spernere, nec de ipsorum argumentis sivè multùm sivè parùm curare; imò & si aliquandò fundata apareant vel in Scripturis Sanctis, vel in Doctorum placitis , vel Sapientium antiquorum dictis,quo ad scrupulos attinet , debet illa parvipendere Scrupulosus; nè & scrupulosior evadat ex ipsis, & ex iisdem in desperationem actus,perdatur.

Audiamus itaquè *Alvarez* , [f] super proposita differentem,ubi ait, argumētans cum Scrupulosis: Pergis frater mi esse nunc importunus,dum dicis; quia

[f] Alvar. de vit.spir.to. 2.p.3.c.12. §.5.nu.9.

in hora mortis non esset oppositum scrupulorum agendum; ergò nequè in vita. Bonum enim esset argumentum, si tuum non esset. At quia Scrupulosi est; nullum est, atq; fallax. Non enim iri volumus dubitatum, sic homini Christiano esse vivendum, ac si continuò esset moriturus; nàm *qualis vita, finis ità*: [g] bonarumque mentium est, *ex sententia Patrûm*: [h] [i] ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est. At his non obstantibus, oportet te omninò cōtrà scrupulos sēper agere, sivè vltimā agas vitæ periodū, sivè adhùc vivas in vegeto: Deumque, Patrem nostrum Omnipotentem, non crudelem, immisericordem, aut durum putare; sed de Eo illa sentire, quæ Sapiens ibi: [k] *sentite de Domino in bonitate; & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam invenitur ab his, qui non tentant illum, apparet autem eis, qui fidem habent in illum.* Licèt autem & *Sanchez*, [l] & *Rodriquez*, [m] & *Sylvester*, [n] & *Cordubensis*, [o] [p] & *Nonnulli alii dicant*, multa oportere in mortis articulo facere, quæ extrà illum facienda non sunt; ut

g Engelgr. Cœl. Empyr.
h Augustin.
i & Gregor. ut infr.
k Sap. 1. 1.
l Sanch.
m Rodriq.
n Sylv.
o Cordub.
Cæteriq; ab ipso
p Alvar. citati loco prędicto.

vide-

videlicèt de domo ſua diſponere, prò ut ibi: [q] *diſpone domui tuæ, quia morieris tu,& non vives*: Hæredem teſtamentarium inſtituere; & alias certas actiones facere, ſivè prò temporalibus, ſivè prò Spiritualibus rectè inſtituendis; prò ut Chriſtus, Summa Sapientia, in parabola hominis longè profecturi, oratione eleganti advertit ibi: [r] *Homo quidam peregrè proficiſcens, vocavit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua: Et uni quidē dedit quinq; talenta, Alii autē duo, Alii verò commiſit unum; & profectus eſt ſtatim*, &c. Quo quidē ſuo locutionis modo viderentur *Hi Scolaſtici* aliqualiter aſſentiri ſcrupuloſo illi argumentanti, debere ità in ſanitate, ùt in extremo mortis diſcrimine ſcrupulis deferri; *nè non ſpernens modica*, [ſ] *paulatim habeat Vir timoratus decidere: & in foveam cadere*: [t] tamen prò ipſis Scrupuloſis tutior ac probabilior eſt ſententia *Bōnacinæ*, [u] *Alvarez*, [x] *Cajetani*, [y] *Reginaldi*, [z] *Ludovici Carbonarii*, [a] *Corradi*, [b] *Filliucii*, & [c] *Aliorū*; Qui conſtāter aſſerunt, poſſe Scrupuloſū, imò tutâ conſcientiâ debere ſcrupu-

q *Iſ.* 38. 1.

r *Matth.* 25. 14.

ſ *Eccl.* 19. 1.

t *Eccl.* 10. 8.

u Bonacin.

x Alvar.

y Cajetan.

z Reginald.

a Carbon.

b Corrad. &c. quos citat

c Filliuc. to. 2. tr. 21. c. 4. n. 180.

f Alvarez. g Bonac. h Fillinc. i Carbon. k Apud Laym. lib. 1. tract. 1. cap. 6. n. 2.

varez, [f] *Bonacinam*, [g] *Filliucium*, [h] *Carbonarium*: [i] *quos refert Layman.* [k] Et ratio eſt, quia cũ ſcrupulus oriatur ex naturæ vitio, vel à cauſa prorsùs extrinſeca, nihil penitus officit ſenſibus ſpiritualibus; ob idq; nõ ſolùm hoc caſu reiiciendi ſunt, ſed contrà illos magna cum ſecuritate operandum; tanquàm provenientes non ex vitio Animæ, ſed Naturæ. Et licèt tali caſu & animus ipſe ſubdubitet, & mens vacillet, & Spiritus timore puſillanimitatis angatur, an illud faciẽdo, peccatũ aliquod committatur: tamen hâc de cauſa, *ſecundũ omniũ Doctorũ prolata*, licitum eſt homini operari cum Conſcientia ſcrupuloſa. Undè *Merolla*, [l] his benè diſcuſſis, ait: Communis opinio, & veriſſima Aliorũ eſt, licitum eſſe operari cum Conſcientia ſcrupuloſa, quàmvis ſcrupulus ipſe non deponatur, ſed in mente maneat; ità ut ipſa Conſcientia ſcrupuloſa nihil mali operetur in Anima, nihilque officiat ad licitam operationem. *Hæc ille*: citatque *Navarrum*, *Sanchez*, *Reginaldum*, *Bechanum*, *Bonacinam*, *& Alios*, hanc

l Franc. Merol. to. 1. diſp. 3. cap. 3. dub. 3. n. 379.

hanc opinionem ſtrenuè defendentes. Et ratio quidem eſt, quoniam ad licitè, rectèque operandum, ſufficit planè judicium probabiliter dictans, aliquid licere. Et quàmvis Scrupulus perſeveret in mente, reddens hominem perplexum hæſitantem & dubium; non àmittitur tamen, nec perit prædictum judicium probabile, quod fulcimentum eſt ad rectè operandum, & ad ſupprimendum Scrupulum, licèt adhuc vigeat, nè dum urgeat, actu quo operatur. Confirmatur autem, quia cùm Scrupulus regulariter procedat ex levi fundamento; ut ſuprà præmiſimus: [m] nõ eſt valens ideò efficere Opinionem probabilem: imò (*ut ex Filliucio*) [n] ſi hanc efficeret, eâ tamen non obſtante poterit quis licitè, & abſquè peccati nævulo operari contrà eam, adhærendo contrariæ opinioni probabili, & deponendo priorem. [o] [p] [q] Ergò multò magis ſi talis Scrupulus, ſcrupulus dumtaxàt ſit mentis formidoloſæ, non opinio probabilis. Quod ſi per quodlibet ſivè fundamentum, ſivè mentis argumentum, ſivè cor-

m Vid. ſuprà cap. 1. & 2.

n Filliuc. in decal. to. 2. tract. 21. cap. 4. num. 176.

o Bonacina diſp. 2. de pecc. q. 4. pu. 8. nu. 5.

p Itemque Alii idem aſſerũt, cõtrà Lopez

q p. 1. c. 3.

dis formidolosi judicium, quod Nos timere facit de eo quod probabiliter judicamus agendum, abstinendum esset ab opere; Quis arctam Cœli viam posset ingredi, operando? Nimis arctior, oppidòque difficilis homini ad illam tendenti redderetur; si quælibet res, de qua humanum ingenium, quod vastissimum esse probatur, suâ subtilitate scrutatur, non posset executioni demandari; illâ ejusdem ingenii fluctuatione perstante, ex qua Scrupulus.

At quia *vera Charitas omnem foràs mittit timorem*:[t] non sunt metuēdi Scrupuli, nec ab operationibus abstinendū, Scrupulis ipsis vel urgentibus, vel perstantibus: nam secùs; Quis in Mundo salvabitur, quis liberabitur à perditione; cùm nullus penè inueniatur, qui aliquandò non metuat de contrario, ùbi operari contingat?

t 1. *Ioa*. 4. 18.

Sed obiicies. *Ex cap. Inquis. de Sent. excomunicat.* Habetur: Conjugem habētem Scrupulum circà valorem matrimonii, non posse debitum petere, nisi priùs Conscientiam levem illam, idest

Scru-

Scrupulum deponat;aliàs operabitur in peccato. Ergò nulli licebit facere contrà Scrupulos, ſcrupulis non depoſitis.

Reſpondet *Sanchez*; [f] in citato capitulo non loqui de Scrupulo propriè dicto,prò ut verè Scrupulus eſt,ſecundum definitiones Doctorum; ſed potiùs de dubio, per quod tollitur aſſenſus alterius partis, & quod inducit propterea illicitam operationem contrà Conſciétiam. Scrupulus verò nec tollit alterius partis aſſenſum, nec contrà dictamen Conſcientiæ indicat aliquid fieri; ſed tantùm credendo licitam eſſe operationem, de contraria metuit, ex aliqua apparentia oppoſiti.

[f] Sanchez. ſumm.lib. 1.c.10.nu. 80.

Hinc ergò ſequitur, Eum,qui probabiliter ſibi perſuadet aliquid eſſe licitum,poſſe tutâ Conſcientiâ illud peragere, non obſtantibus apparentiis in contrarium occurrentibus; etiam ſi tali innitantur argumento,ut illud nequeat ipſe diſſolvere; niſi fortè argumentum tale ſit,ut tollat judicium, ſeù aſſenſum de eò, quod licitum eſſe exiſtimabat: quia tunc non ampliùs dicetur Scrupu-

lus, ſed dubium, in quo non licet quid quam operari, niſi illud practicè deponatur. *Ita ferè Doctores omnes cum Navarro,*[t] *Bonacina,*[u] *Reginaldo,*[x] *Sanchez,*[y] *Filliucio,*[z] *Aliiſque*; Quos ſigillatim recenſere, ſuperfluum.

t Nav. c. ſi quis de pœn. diſt. 7. num. 78.
u Bonac. diſp. 2. de pecc. q. 4. p. 8. nu. 5. & 6.
x Reg. lib. 13. nu. 112. & 113.
y Sanchez ſumm. lib. 1. cap. 9.
z Filliuc ubi ſup.

De Aliis tribus Remediis contrà Scrupulos.

CAP. XI.

TErtium Decimum Remedium cõtrà Scrupulos, erit ſubita repulſio, ſeù averſio cogitationis ab illa re, quæ ſcrupuli ſedes eſſe ſolet: ut videlicet, Homo conſpiciens ſe ſcrupulo agitari, an ad aſpectum Mulieris peccato conſenſerit: efficax illi erit remedium, ſi ſtatim ab ipſo exorto Scrupulo cogitationem auertat, & aliò transferat; nec argumentis curet ſcrupulum ſuperare, ſed omninò, illo contempto ac repulſo, credat ſe non peccaſſe. Sicut enim ſi Quis acervo rectè diſpoſito, unũ ex illis dimovere tentaret; quo dimoto, cœterós

teros corrvere oporteret: illo autem loco suo perstante, omnes reliquos perstare non est dubium: ità non secùs quidèm in scrupulis, cùm exoriri contingerit, uno argumẽtis dimoto, uniq; aure benignâ pręstita, statim multò plures, multòque majores insurgere certum erit; ità ut ferè nunquàm, nullaq; horâ mens miseri Scrupulosi, argumẽtantis contrà scrupulos, optatâ animi tranquillitate fruetur. *Undè Rodriquez*: [a] Ego ideò in ea semper fui opinione (*dicebat*) ut Viri docti, & Cõfessarii periti, ab Scrupulosis consulti, non aducant illis multas vel rationes vel argumenta, quibus Scrupuli eorum tollantur; sed paucis verbis, simpliciter & absolutè illos dimittant, dicendo eorum Scrupulos nullo niti fundamento, quo validè possint perstare: & si dicere fas est; dicant, ipsos esse fatuos, mentecaptos, ac ratione parùm utentes; ut ex tali responsione Cõfessis sit verecundia iterùm confiteri. Siquidem ex [b] *Isaia*: *sola vexatio intellectum dabit auditui*. Nam si procurent aliòqui Eos rationibus, & argumẽ-

[a] Rodriq. quæst. Reg. to. 3. q. 66. art. 2.

[b] *Isai.* 28. 19.

tis convincere; ex iisdem ad scrupulizandum validiùs sument occasionem. *Hæc ille.*

Si itaquè exortis Scrupulis, statim aliâ cogitatione non obuiet Scrupulosus; fiet in ipsis argumentis, quibus fortè ad tollendos illos Scrupulos usus est, scrupulosior: nam una motâ phantasia, oportet multas consequenter moveri; ità ut in potestate non sit sequentes compescere phantasiarum commotiones: prò ut in lateribus ordinatè cohærentibus, ut dudùm præmisimus, est videre; quod uno moto, cœteri sequantur necesse est, & unus post alium tendet ad casum. Ideò optimum erit medicamentum, Mentem cogitationem & animum à scrupulis distrahere, & alterâ opposita imaginatione, imaginationem illam scrupulosam supprimere, ac si Ejusmodi cogitatio non accideret. Quod si ex hac rejectione Scrupuli, aliquod in opere sequeretur fortè peccatum, illi tamen ad peccatum non imputabitur; ut validis rationibus probat *Alvarez.*[c]

[c] Alv. de vit. spir. loc. suprà cit. nu. 8.

Nè autem scrupulis vacandi tempus sup-

ſuppetat; quo ut ipſi Scrupuli magis magiſque invaleſcant,(*ac velut Hydra Herculea*, [d] *ex qua uno amputato capite, ſeptem erumpembāt*) & ex uno multiplicentur alii: optimum erit *Cajetani* [e] monitum; nè ſcilicet unquàm otio vacet, ſed aliquâ ſemper honeſta occupatione Scrupuloſus ipſe detineatur; ut mens diſtracta operi, ſcrupulis non angatur.

[d] Torſell. comp. hiſt. Mu. in Her.

[e] Cajetan. verb. ſcrupulorum medicina.

Quartum decimum remedium erit, vel Conſcientiam ſcrupuloſam, vel Diabolum ipſum in favorem ſcrupulorum argumentantem ſpernere, nec de ipſorum argumentis sivè multùm sivè parùm curare; imò & si aliquandò fundata apareant vel in Scripturis Sanctis, vel in Doctorum placitis, vel Sapientium antiquorum dictis, quo ad ſcrupulos attinet, debet illa parvipendere Scrupuloſus; nè & ſcrupulosior evadat ex ipsis, & ex iiſdem in deſperationem actus, perdatur.

Audiamus itaquè *Alvarez*, [f] ſuper propoſita differentem, ubi ait, argumētans cum Scrupuloſis: Pergis frater mi eſſe nunc importunus, dum dicis; quia in

[f] Alvar. de vit. ſpir. to. 2. p. 3. c. 12. §. 5. nu. 9.

in hora mortis non esset oppositum scrupulorum agendum; ergò nequè in vita. Bonum enim esset argumentum, si tuum non esset. At quia Scrupulosi est; nullum est, atq; fallax. Non enim iri volumus dubitatum, sic homini Christiano esse vivendum, ac si continuò esset moriturus; nàm *qualis vita, finis ità*: [g] bonarumque mentium est, *ex sententia Patrûm*: [h] [i] ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est. At his non obstantibus, oportet te omninò cōtrà scrupulos sēper agere, sivè vltimā agas vitæ periodū, sivè adhùc vivas in vegeto: Deumque, Patrem nostrum Omnipotentem, non crudelem, immisericordem, aut durum putare; sed de Eo illa sentire, quæ Sapiens ibi: [k] *sentite de Domino in bonitate; & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam invenitur ab his, qui non tentant illum, apparet autem eis, qui fidem habent in illum.* Licèt autem *& Sanchez*, [l] *& Rodriquez*, [m] *& Sylvester*, [n] *& Cordubensis*, [o] [p] *& Nonnulli alii dicant*, multa oportere in mortis articulo facere, quæ extrà illum facienda non sunt; ut vide-

g Engelgr. Cœl. Empyr.
h August-
i & Gregor. ut infr.
k *Sap.* 1. 1.
l Sanch.
m Rodriq.
n Sylv.
o Cordub. Cæteriq; ab ipso
p Alvar. citati loco prędicto.

videlicèt de domo ſua diſponere, prò ut ibi: [q] *diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives*.: Hæredem teſtamentarium inſtituere; & alias certas actiones facere, ſivè prò temporalibus, ſivè prò Spiritualibus rectè inſtituendis; prò ut Chriſtus, Summa Sapientia, in parabola hominis longè profecturi, oratione eleganti advertit ibi: [r] *Homo quidam peregrè proficiſcens, vocavit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua: Et uni quidē dedit quinq; talenta, Alii autē duo, Alii verò commiſit unum; & profectus eſt ſtatim*, &c. Quo quidē ſuo locutionis modo viderentur *Hi Scolaſtici* aliqualiter aſſentiri ſcrupuloſo illi argumentanti, debere ità in ſanitate, ùt in extremo mortis diſcrimine ſcrupulis deferri; *nè non ſpernens modica*, [ſ] *paulatim habeat Vir timoratus decidere: & in foveam cadere*: [t] tamen prò ipſis Scrupuloſis tutior ac probabilior eſt ſententia *Bōnacinæ*, [u] *Alvarez*, [x] *Cajetani*, [y] *Reginaldi*, [z] *Ludovici Carbonarii*, [a] *Corradi*, [b] *Filliucii*, & [c] *Aliorū*; Qui conſtāter aſſerunt, poſſe Scrupuloſū, imò tutâ conſcientiâ debere ſcrupu-

q *Iſ.38.1.*
r *Matth. 25. 14.*
ſ *Eccl. 19.1.*
t *Eccl. 10.8.*
u Bonacin.
x Alvar.
y Cajetan.
z Reginald.
a Carbon.
b Corrad. &c. quos citat
c Filliuc. to.2.tr.21. c.4.n.180.

pulos ipsos, ut in vita, ità & in morte spernere, & contrà illos operari; nè vel in mentis privationem cadere, vel in desperationem contingere patiatur.

d Filliuc.

Sit itàque Unus prò cunctis, *Gravis Auctor, grandisque Doctor Filliucius*,[d] voce sua, id quod professi sumus explanans; ut ex ipso, & in ipso juremus. Ad abiiciendos ergò scrupulos *ait qui modò*[e] confert multùm, rectè intelligere tres illas propositiones, quibus plerique Scrupulosorum utuntur. Quarum prima:[f] *in dubiis, tutior pars est eligenda*; prò ut Iura proclamant. Secunda:[g] *qui amat periculum, peribit in illo*; prò ut Sacri Codicis textus sacer. Tertia: *Bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est*: & aliàs: *tene certum, & dimitte incertum*; prò ut communi sententiâ *Augustinus*[h] *pariter, & Gregorius*.[i] At prima Iuris prolatio intelligenda est in iis, quæ verè dubia sunt; non autem quandò est opinio probabilis, quæ facit rem moralem certam; cuique inniti solent scrupuli. Secunda verò Sacri textus sententia intelligitur de periculo pec-

e Filliuc. ubi sup. n. 180.

f Leg. si. quis, ff. de jur. patr.

g Eccl. 3. 27.

h August.

i Gregor in Pastoral.

can-

candi, cui Aliquis ſe exponit ob Conſcientiam practicè dubiam, vel ob occaſionem moralem, faciendi aliquod malum: quod longè abeſt à Scrupulis, qui nec rem dubiam pariunt, nec occaſioni morali malum faciendi nituntur; ſed tãtùm formidini, an pars oppoſita operationi quam peragit, ſit veracior. Tertia tandèm intelligi debet ità in genere, & in ordinatione adCõfeſſionem, quasi ſecretò fieri ſolitam coràm Deo tantùm; non in ordinatione adCõfeſſionem Sacramentalem. Poſterior verò debet intelligi de certitudine morali; atque ità cùm ſit moraliter certa pars, quæ ſcrupulo opponitur, illa tenenda erit, & Scrupulus omni tempore relinquendus.

Quintum Decimum remedium erit; ut Scrupulosi dubia ſemper in mitiorẽ partem ſint interpretanda; Conſcientiæ relictâ diſtrictione: ità communiter ferè *Doctores omnes, poſt Azorium*,[k] qui sic ſcribit: Poſtremò ſcrupulosi Hominis dubitationes (hìc largo modo utitur verbo dubii) ſemper in mitiorem, & me-

k Azor. p. 1. lib. 2. c. 10. q. 7. in finè.

meliorem partem Cōfeſſarius accipiat, & interpretetur: nam & ipſa dubia in meliorem partem eſſe accipienda, diſponit utrumque jus, Ecclesiaſticum videlicet,[l] ac Civile:[m] & in re dubia, benigniorem interpretationem ſequi, non minus juſtum eſt, quàm tutum. *Hæc ille. Inter autem alios, idem habet Buſæus in*[n] *ſua arca medica*, verbis hiſce: Dubitationes ſcrupuloſi Hominis in meliorē ſemper partem, ac mitiorem interpreteris; id enim optimo jure fieri poſse cautum eſt iure. Conſule item *Sanchez*,[o] *Merollam*:[p] *& Bonacinam*:[q] Qui omnes Spirituales medicos, omnes Conſcientiæ Patres, omnes Superiores hortantur, ut Scrupuloſos benignâ foveant Charitate; affabiliter tractent, in mitiorem partem illorum dubietates accipiant, Conſcientię caſus ſuper ipſos dilatare contendant, & non contrahere; nè fiant in ipsis Scrupulis pusillanimiores, & tandem in diſperationem agantur. Cùm enim Scrupulus ex levi fundamento naſcatur; par non eſt, ut Scrupuloſus ex levi fundamento damnū patia-

l Ex Cap. eſtote de Reg. jur. in 6.

m Et ff. de his quæ in teſt. debēr. leg. proxime.

n Buſ. in Arca medica v. Cōſcient. ſcrupul.

o Sanch. ubi ſup. nu. 84.

p Meroll. ubi ſup. n. 382.

q Bonacin. diſp. 2. de pecc. q. 8. pu. 8. n. 3.

patiatur ; & sicut in rebus dubiis judicium eſt in favorem Poſſidentis libertatem ſuam : argumento *textus de Reg. jur. in b.*ibi : *cùm Partium jura obſcura ſunt, Reo potiùs favendum eſt, quàm Actori* : ità à fortiori in materia Scrupulorũ, qui dũ levi, ut prędiximus, fũdamento nituntur; in favorem Scrupulosi judicandũ eſt. Hactenus ex doctrina ſupradictorũ Theologorũ. *Et Homobonus*[r] tãdẽ, non ſolùm Confeſſarios conſulit, ſed & ipſoſmet Pœnitentes ſcrupulis agitatos, ut ſupèr eorum ſcrupulis, *ſentiant de Domino in bonitate* : Illum benigniſſimum Patrem exiſtimantes, non Iudicem ſeveriſſimum ; ob idque leges, Ejuſque ſcripturas Sacras, quę Ipſo imperante ſcriptæ ſunt, ſecundùm æquitatem, & epicheyam ſapienter eſſe interpretandas aſſerit omni ope. Huic autem Homoboni doctrinæ & ipſe niſus, alia tria remedia huic annexa, capite nunc ſequenti ſubnectere non cunctabor.

r Homob. quæſt. Reg. qu. 66.

De Tribus aliis Remediis contrà Scrupulos.

CAP. XII.

SExtumDecimum,prò ſcrupulis abigendis, erit remedium, Benigna Legum, ac Præceptorum interpretatio, quâ Unuſquiſque,per æquitatis virtutẽ, poteſt, ſinè ullo ſuæ Conſcientiæ detrimento, inter duas obſcuræ Legis interpretationes,benignorem, ſibique accomodatiorem ſequi; nec tenetur eâ modo vel impoſſibili,vel nimis difficili,vel contrà uſum aliorum Hominum ſui ſtatus,vel cõtrà receptam Hominum cordatorum conſuetudinem, obſervare : pròut optimè *Alvarez.*[f] Qui addit;Homini ſcrupuloſo licere, ſaltèm ſinè lethali peccato, Legis, ſivè Præcepti obſervationem prætermittere, quæ illi in augumentum cederet ſcrupulorũ: dummodò ſinè contemptu, & bona judicet intentione legem illam, ſivè præcepta, obligationem ſibi non inducere ſub mor-

[f] Alvarez. ubi ſupra num.6.

mortali. Ac similiter posse Illum met sinè peccato quamlibet opinionem probabilem sequi; licèt vel minùs probabilem, minùsque securam aliqui Doctores illam judicent; relictâ probabiliore, atque securiore: dummodò aliquis Doctor non cõtemnendæ auctoritatis probabilem judicaverit. Hæc enim omnia *Benignitas admittit, & Humanitas Saluatoris nostri Dei*; [t] ejusque Divinæ legis, ac mandatorum suavitas, de quibus Christus ipse, Deus noster, ait: [u] *jugum meum suave est, & onus meũ leve*: & Ioannes; [x] *quia mandata eius grauia non sunt*.

t Tit. 3. 4.

u Matth. 11. 30.

x 1. Ioa. 5. 3.

Si autem & Philosophos ipsos gentiles, prò indaganda hâc veritate consulamus; statim nobis occurrit *Aristotelis*, Philosophorum celeberrimi, [y] decisio; quâ dicitur: *Aequitatem, legali justitiâ esse meliorem*. Undè semper ex æquitate, non in rigore, Legum præcepta interpretanda sunt. Igitur in benigniorem opinionem semper inclinandus est Scrupulosus; ejusq; sivè Superiores, sivè Spiritua les Patres mitiorem prò illo legis

y Arist. lib. 5. Ethic. itẽq; 2. metaph.

Legis, vel Præcepti interpretationem eligere debent: prò ut de jure cautum est; *ut in favorabilibus placidiora ac mitiora semper sint eligenda.* [z] Suis enim præceptis, suisque legibus, nec Lex ipsa Divina, nec humana, nec Author legis Deus, nec Ecclesia mater nostra vult homines obligare ultrà vires humanas; dicente Apostolo de Deo ipso: [a] *non sinet vos tentari suprà id quod potestis.* Prætereà non exponi Quis debet fatuitati; non utiquè desperationi; non sui ipsius perditioni; prò Legis, sivè Præceptorũ nimis districta observatione. [b] Insuper in rebus dubiis, tutior via, vita Bonorũ erit; quæ prò Regula est habenda: nam bonorum hominum nullus, contrà æquitatem præsumitur vivere; quæ tamẽ in omnibus agibilibus est servanda. Denique quòcumq; te vertas, mi Charissime Scrupulose; quoquo erit eventu, graviter non peccabis, Legis observationem aliquam prætermittens; cùm ob aliquod gravius prævisum periculum, sinè contemptu feceris. Et si inepto mihi formidas credere; consule Doctiores

z ff. ad leg. Iul. leg. vlt.

a 1. Cor. 10. 13.

b Consule Silvestr. v. scrupulos. quæst. 4. §. 3.

ctiores: *Reginaldum*, [c] *Cordubensem*, [d] *Sylvestrum*, [e] *Navarrum*, [f] *Sanctissimumque, uti verè doctissimum Antoninum*: ex Quo potissimùm erit

Septimũ Decimũ, quod modò subnectimus contrà Scrupulos tuos Remediũ; cognoscere nempè Regulas, quas septẽ notant, *cum ipso Divo Antonino*, [g] *Doctores*; quibus, ad legem interpretandam, Epycheja quis uti potest; ut ex ipsa epycheja & Lex ipsa sit mitior; & ex interpretatione benigniore Scrupuli ipsissimi evanescant.

Prima ergò erit, ut Legislatoris mens attendatur non verba; quandò verba ipsa duriorem sensum producunt: sicq; si quis legem violet in sensu duriori, in benigniori autem observet, non erit Legis prævaricator, sed observator; dictãte lege: [h] *Nulla juris, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter prò utilitate hominum introducuntur, & Nos duriore interpretatione, contrà ipsorum commodum, ad severitatem producamus*.

Secunda, quod *ad impossibile nemo teneatur*; [i] prò ut in Iure: & teneretur

e Reg. lib. 13 c. 12. n. 119.
d Cord. lib. 3. qu. 13.
e Sylv. ubi sup. v. scrupul.
f Navarr. in Enchyr. c. 27. nu. 283. & seq.
g D. Anton. 1. p. tit. 3. cap. 10. §. 10.
h ff. de Legibus leg. Nulla.
i Ex cap. Nemo de Regul. iur. in 6.

quidèm quaſi ad impoſſibile, ſi cum gravi incōmodo,vitæque ſuæ diſcrimine,Quis legem obſervare deberet, ex qua perditionem,deſperationem, mentiſque captionem hauriret: cùm ex oppoſito repetat Chriſtus: [k] *jugum meum ſuave eſt;& onus meum leve.*

k *Matth.*11. 30.

Tertia,quod ſicuti votum, quod vanum fuerit,aut ſtultum, Voventem non obligaret;ſi ſcilicet ridiculus,ſivè fatuus apud probos viros Quis redderetur,votum illud ſuum implendo; ità nec Lex quælibet obligaret, ubi ex illius obſervatione Quis vel fatvus appareret, vel inurbanus; dicente Pſalmo: [l] *Odiſti obſervantes vanitates ſupervacuè.*

l *Pſal.*30.7.

Quarta,quod in dubiis,ſenſus cōmunis Cordatorum aliis debeat eſſe vivendi regula;ad illud Aeternæ Sapientiæ: [m] *Vos eſtis ſal terræ;* quo indicitur (*teſteP.N.Brunone*)[n] Diſcipulos,Epiſcopos, Cœteroſque in Eccleſia probatos Viros, eſſe debere cœterorum Mundi Hominum condimentum; ut ex illorum operatione,mores aliorum dirigantur, & actiones.

m *Matth.* 5.13.

n S.P. Brun. Serm.de Confeſſor. in com.

Quin-

Quinta, quod in iis, quæ ideò mala sunt, quia jure humano prohibita, excuset consuetudo rationabilis, legitimèque præscripta; vel & si præscripta non sit, rationabilis tamen sit, scienterquè ab ipso Legislatore tolerata: decernente Lege ipsa:[o] *quod Consuetudo sit optima legum interpres: habeatq; vim legis.*

[o] Ex cap. ultimo, & cap. cum dilectus de cõsuet.

Sexta, quod Homo ubi non peccat mortaliter, ibi nec possit majorem Excommunicationem incurrere:[p] quo fit, ut Nullus putet se esse Excommunicatum, cùm probabiliter se esse alienum noverit à peccato.

[p] Ex cap. in istis distinct. 4.

Postrema erit regula, in quovis casu Omittentem facere, quod Lex imponit, excusari posse à peccato mortali, si bonâ fide, & absquè contemptu, justâ de causa id facere omittat, sivè existimet, se id omittendo, mortaliter non peccare; nullo modo omissurus, si peccatum mortale se perpetrare existimaret. Nã & ratione imminentis alicujus periculi (*eodem Antonino dictante*)[q] posset Quis agere contrà legis verba absquè peccato mortali; non excusato illo tamen

[q] Id. Ant. ubi su.

pulos ipsos, ut in vita, ità & in morte spernere, & contrà illos operari; nè vel in mentis privationem cadere, vel in desperationem contingere patiatur.

d Filliuc.

Sit itàque Unus prò cunctis, *Gravis Auctor, grandisque Doctor Filliucius*, [d] voce sua, id quod professi sumus explanans; ut ex ipso, & in ipso juremus. Ad abiiciendos ergò scrupulos *ait qui modò* [e] confert multùm, rectè intelligere tres illas propositiones, quibus plerique Scrupulosorum utuntur. Quarum prima: [f] *in dubiis, tutior pars est eligenda*; prò ut Iura proclamant. Secunda: [g] *qui amat periculum, peribit in illo*; prò ut Sacri Codicis textus sacer. Tertia: *Bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est*: & aliàs: *tene certum, & dimitte incertum*; prò ut communi sententiâ *Augustinus* [h] *pariter, & Gregorius*. [i] At prima Iuris prolatio intelligenda est in iis, quæ verè dubia sunt; non autem quandò est opinio probabilis, quæ facit rem moralem certam; cuique inniti solent scrupuli. Secunda verò Sacri textus sententia intelligitur de periculo pec-

e Filliuc. ubi sup. n. 180.

f Leg. si quis, ff. de jur. patr.

g Eccl. 3. 27.

h August.

i Gregor in Pastoral.

can-

candi, cui Aliquis ſe exponit ob Conſcientiam practicè dubiam, vel ob occaſionem moralem, faciendi aliquod malum: quod longè abeſt à Scrupulis, qui nec rem dubiam pariunt, nec occaſioni morali malum faciendi nituntur; ſed tãtùm formidini, an pars oppoſita operationi quam peragit, ſit veracior. Tertia tandèm intelligi debet ità in genere, & in ordinatione ad Cõfeſſionem, quasi ſecretò fieri ſolitam coràm Deo tantùm; non in ordinatione ad Cõfeſſionem Sacramentalem. Poſterior verò debet intelligi de certitudine morali; atque ità cùm ſit moraliter certa pars, quæ ſcrupulo opponitur, illa tenenda erit, & Scrupulus omni tempore relinquendus.

Quintum Decimum remedium erit; ut Scrupulosi dubia ſemper in mitiorẽ partem ſint interpretanda; Conſcientiæ relictâ diſtrictione: ità communiter ferè *Doctores omnes, poſt Azorium*,[k] qui ſic ſcribit: Poſtremò ſcrupulosi Hominis dubitationes (hìc largo modo utitur verbo dubii) ſemper in mitiorem, & me-

[k] Azor. p. 1. lib. 2. c. 10. q. 7. in fine.

meliorem partem Cōfeſſarius accipiat, & interpretetur: nam & ipſa dubia in meliorem partem eſſe accipienda, diſponit utrumque jus, Eccleſiaſticum videlicet,[l] ac Civile:[m] & in re dubia, benigniorem interpretationem ſequi, non minus juſtum eſt, quàm tutum. *Hæc ille. Inter autem alios, idem habet Buſæus in*[n] *ſua arca medica*, verbis hiſce: Dubitationes ſcrupuloſi Hominis in meliorē ſemper partem, ac mitiorem interpreteris; id enim optimo jure fieri poſse cautum eſt iure. Conſule item *Sanchez*,[o] *Merollam*:[p] *& Bonacinam*:[q] Qui omnes Spirituales medicos, omnes Conſcientiæ Patres, omnes Superiores hortantur, ut Scrupuloſos benignâ foveant Charitate; affabiliter tractent, in mitiorem partem illorum dubietates accipiant, Conſcientię caſus ſuper ipſos dilatare contendant, & non contrahere; nè fiant in ipsis Scrupulis pusillanimiores, & tandem in diſperationem agantur. Cùm enim Scrupulus ex levi fundamento naſcatur; par non eſt, ut Scrupuloſus ex levi fundamento damnū patia-

l Ex Cap. eſtote de Reg. jur. in 6.
m Et ff. de his quæ in teſt. debēr. leg. proxime.
n Buſ. in Arca medica v. Cōſcient. ſcrupul.
o Sanch. ubi ſup. nu. 84.
p Meroll. ubi ſup. n. 382.
q Bonacin. diſp. 2. de pecc. q. 8. pu. 8. n. 3.

patiatur; & sicut in rebus dubiis judicium est in favorem Possidentis libertatem suam: argumento *textus de Reg. jur. in b.*ibi: *cùm Partium jura obscura sunt, Reo potiùs favendum est, quàm Actori*: ità à fortiori in materia Scrupulorũ, qui dũ levi, ut prędiximus, fũdamento nituntur; in favorem Scrupulosi judicandũ est. Hactenus ex doctrina supradictorũ Theologorũ. *Et Homobonus*[r] tãdẽ, non solùm Confessarios consulit, sed & ipsosmet Pœnitentes scrupulis agitatos, ut supèr eorum scrupulis, *sentiant de Domino in bonitate*: Illum benignissimum Patrem existimantes, non Iudicem severissimum; ob idque leges, Ejusque scripturas Sacras, quę Ipso imimperante scriptæ sunt, secundùm æquitatem, & epicheyam sapienter esse interpretandas asserit omni ope. Huic autem Homoboni doctrinæ & ipse nisus, alia tria remedia huic annexa, capite nunc sequenti subnectere non cunctabor.

r Homob. quæst. Reg. qu. 66.

De Tribus aliis Remediis contrà Scrupulos.

CAP. XII.

SExtumDecimum,prò ſcrupulis abigendis, erit remedium, Benigna Legum, ac Præceptorum interpretatio, quâ Unuſquiſque,per æquitatis virtutẽ, poteſt, ſinè ullo ſuæ Conſcientiæ detrimento, inter duas obſcuræ Legis interpretationes,benignorem, ſibique accomodatiorem ſequi; nec tenetur eã modo vel impoſſibili,vel nimis difficili,vel contrà uſum aliorum Hominum ſui ſtatus,vel cõtrà receptam Hominum cordatorum conſuetudinem, obſervare: pròut optimè *Alvarez.*[f] Qui addit;Homini ſcrupuloſo licere, ſaltèm ſinè lethali peccato, Legis, ſivè Præcepti obſervationem prætermittere, quæ illi in augumentum cederet ſcrupulorũ: dummodò ſinè contemptu, & bona judicet intentione legem illam, ſivè præcepta, obligationem ſibi non inducere ſub mor-

[f] Alvarez. ubi ſupra num.6.

mortali. Ac similiter posse Illum met sinè peccato quamlibet opinionem probabilem sequi; licèt vel minùs probabilem, minùsque securam aliqui Doctores illam judicent; relictâ probabiliore, atque securiore: dummodò aliquis Doctor non cõtemnendæ auctoritatis pròbabilem judicaverit. Hæc enim omnia *Benignitas admittit, & Humanitas Saluatoris nostri Dei*; [t] ejusque Divinæ legis, ac mandatorum suavitas, de quibus Christus ipse, Deus noster, ait: [u] *jugum meum suave est, & onus meũ leve*: & Ioannes; [x] *quia mandata eius grauia non sunt*.

t *Tit.* 3.4.

u *Matth.* 11. 30.

x 1. *Ioa.* 5. 3.

Si autem & Philosophos ipsos gentiles, prò indaganda hâc veritate consulamus; statim nobis occurrit *Aristotelis*, Philosophorum celeberrimi, [y] decisio; quâ dicitur: *Aequitatem, legali justitiâ esse meliorem*. Undè semper ex æquitate, non in rigore, Legum præcepta interpretanda sunt. Igitur in benigniorem opinionem semper inclinandus est Scrupulosus; ejusq; sivè Superiores, sivè Spirituales Patres mitiorem prò illo

y Arist. lib. 5. Ethic. itẽq; 2. methaph.

legis

Legis, vel Præcepti interpretationem eligere debent: prò ut de jure cautum est; *ut in favorabilibus placidiora ac mitiora semper sint eligenda.* [z] Suis enim præceptis, suisque legibus, nec Lex ipsa Divina, nec humana, nec Author legis Deus, nec Ecclesia mater nostra vult homines obligare ultrà vires humanas; dicente Apostolo de Deo ipso: [a] *non sinet vos tentari suprà id quod potestis.* Prætereà non exponi Quis debet fatuitati; non utiquè desperationi; non sui ipsius perditioni; prò Legis, sivè Præceptorũ nimis districta observatione. [b] Insuper in rebus dubiis, tutior via; vita Bonorũ erit; quæ prò Regula est habenda: nam bonorum hominum nullus, contrà æquitatem præsumitur vivere; quæ tamẽ in omnibus agibilibus est servanda. Denique quòcumq; te vertas, mi Charissime Scrupulose; quoquo erit eventu, graviter non peccabis, Legis observationem aliquam prætermittens; cùm ob aliquod gravius prævisum periculum, sinè contemptu feceris. Et si inepto mihi formidas credere; consule Doctiores

[z] ff. ad leg. Iul. leg. vlt.

[a] 1. Cor. 10. 13.

[b] Consule Silvestr. v. scrupulos. quæst. 4. §. 3.

ctiores : *Reginaldum*, [c] *Cordubensem*, [d] *Sylvestrum*,[e] *Navarrum*,[f] *Sanctissimumque*,*uti verè doctissimum Antoninum* : ex Quo potissimùm erit

[c] Reg.lib.13 c.12.n.119.
[d] Cord. lib. 3.qu.13.
[e] Sylv. ubi sup.v.scrupul.
[f] Navarr.in Enchyr.c. 27.nu.283. & seq.

Septimũ Decimũ,quod modò subnectimus contrà Scrupulos tuos Remediũ; cognoscere nempè Regulas,quas septẽ notant,*cum ipso Divo Antonino*, [g] *Doctores*; quibus, ad legem interpretandam, Epycheja quis uti potest;ut ex ipsa epycheja & Lex ipsa sit mitior;& ex interpretatione benigniore Scrupuli ipsissimi evanescant.

[g] D. Anton. 1.p. tit.3. cap. 10. §. 10.

Prima ergò erit,ut Legislatoris mens attendatur non verba ; quandò verba ipsa duriorem sensum producunt : sicq; si quis legem violet in sensu duriori, in benigniori autem observet,non eritLegis prævaricator,sed observator; dictãte lege: [h] *Nulla juris, aut æquitatis benignitas patitur,ut quæ salubriter prò utilitate hominum introducuntur, & Nos duriore interpretatione, contrà ipsorum commodum,ad severitatem producamus*.

[h] ff.de Legibus leg. Nulla.

Secunda, quod *ad impossibile nemo teneatur* ; [i] prò ut in Iure : & teneretur

[i] Ex cap. Nemo de Regul.iur. in 6.

quidèm quasi ad impossibile, si cum gravi incōmodo, vitæque suæ discrimine, Quis legem observare deberet, ex qua perditionem, desperationem, mentisque captionem hauriret: cùm ex opposito repetat Christus: [k] *jugum meum suave est; & onus meum leve.*

k *Matth.* 11. 30.

Tertia, quod sicuti votum, quod vanum fuerit, aut stultum, Voventem non obligaret; si scilicet ridiculus, sivè fatuus apud probos viros Quis redderetur, votum illud suum implendo; ità nec Lex quælibet obligaret, ubi ex illius observatione Quis vel fatvus appareret, vel inurbanus; dicente Psalmo: [l] *Odisti observantes vanitates supervacuè.*

l *Psal.* 30. 7.

Quarta, quod in dubiis, sensus cōmunis Cordatorum aliis debeat esse vivendi regula; ad illud Aeternæ Sapientiæ: [m] *Vos estis sal terræ*; quo indicitur (*teste P. N. Brunone*)[n] Discipulos, Episcopos, Cœterosque in Ecclesia probatos Viros, esse debere cœterorum Mundi Hominum condimentum; ut ex illorum operatione, mores aliorum dirigantur, & actiones.

m *Matth.* 5. 13.

n S. P. Brun. Serm. de Confessor. in com.

Quin-

Quinta, quod in iis, quæ ideò malæ sunt, quia jure humano prohibitæ, excuset consuetudo rationabilis, legitimèque præscripta; vel & si præscripta non sit, rationabilis tamen sit, scienterquè ab ipso Legislatore tolerata: decernente Lege ipsa:[o] *quod Consuetudo sit optima legum interpres: habeatq; vim legis.*

Sexta, quod Homo ubi non peccat mortaliter, ibi nec possit majorem Excommunicationem incurrere:[p] quo fit, ut Nullus putet se esse Excommunicatum, cùm probabiliter se esse alienum noverit à peccato.

o Ex cap. ultimo, & cap. cum dilectus de cõsuet.

p Ex cap. in istis distinct. 4.

Postrema erit regula, in quovis casu Omittentem facere, quod Lex imponit, excusari posse à peccato mortali, si bonâ fide, & absquè contemptu, justâ de causa id facere omittat, sivè existimet, se id omittendo, mortaliter non peccare; nullo modo omissurus, si peccatum mortale se perpetrare existimaret. Nã & ratione imminentis alicujus periculi (*eodem Antonino dictante*)[q] posset Quis agere contrà legis verba absquè peccato mortali; non excusato illo tamen

q Id. Ant. ubi su.

Palud. Cordub. Caiet. Quos ref. & sequitur.
r Navarr. in Enchyr. c. 23. n. 43.

à veniali; *prò ut ex Paludano, Cordubense, & Cajetano: refert Navarrus.* [r]

Octauum decimum erit remedium, eligere in dubiis opinionem probabilem; sivè ex variis opinionibus, unam suæ Consciētiæ formodolosæ benigniorem adaptare: & si minus tuta; sit autē probabilis: in eâque quiescere, nec alias indè opiniones quærere, nec circà assumptam ampliùs titubare; sed constāti animo illam sequi; adhibitâ priùs tamen & diligentia in quærendo, & maturitate in decernendo, & probi Viri approbatione in eligendo: credens, illū non elegisse nisi vel Consuetudini conformiorem, vel juri Naturali, Divino, sivè Ecclesiastico favorabiliorem, atqui Doctorum auctoritatibus graviorem. Si autem in tali electione Vir ille probus erraverit, error Doctori computabitur, non Scrupuloso: imò secundùm *Archidiaconum*, [s] *à Sylvestro* [t] *citatum*, in foro Conscientiæ ad quemlibet pertinebit talis electio prò facto suo, qui tutâ Conscientia poterit opinionem eligere, magis ad propositum facientem; si

s Archidiac. quē cit.
t Sylvest. in summ. v. scrupul. q. 3.

ta-

tamen, ut præmisimus, notabiles habeat Doctores, vel saltem Unum approbatæ authoritatis; nec sit cõtrà expressam Ecclesiæ determinationem, Sacræque Scripturæ auctoritatem; nec notabile scandalum pariat, nequè Conscientiam nimis relaxet: de quibus omnibus, aliisque cohærentibus, *idem Sylvester in summa.*

Nec licèt dicere, quia valdè intricatus est labor, valdèque difficilis discretio opinionum, quarum Assertores singuli probatam habeant vel in scholis, vel in Ecclesia Dei authoritatem; ut Quis, spreta unâ, sivè meliùs una neglectâ, alteram valeat, absquè alterius præjudicio, amplecti. Quia ad id doctissimus respondet *Navarrus*, [u] nulli Eorum injuriã fieri, ubi à Scrupuloso electâ benigniore, suæque Conscientiæ placidiore; cœteras in pace deserat, tãquàm suæ met Conscientiæ, suoque spirituali profectui minùs aptiores.

Tandèm optimum erit ipsi Scrupuloso, nonnullas regulas generales, à dignissimo *Francisco Merolla*, [x] ad scru-

[u] Navarr. ubi sup. c. 27. n. 286.

[x] Francisc. Meroll. to. 1. disp. 3. c. 3. dub. 3. n. 385. fine.

pulos abigendos adductas, ratas habere: nempè licitum esse sequi quamcumque opinionem probabilem, ~~etiam minùs~~ tutam; item probabile esse, quod aliqui Sapientes docent; licèt alii sapientiores contrarium asseverent: non abstinendum ab iis, quæ docti ac timorati faciunt, vel si nec satis docti vel timorati, sinè tamẽ Sapientium ac Timoratorum reprehentione operantur: mediocrem sufficere diligentiam vel ad inquirendam alicujus rei veritatem, vel ad Conscientiam examinandam prò confessione Sacramentali: vota, in dubio, an sint emissa, non obligare: Cõfessionesque demùm, absquè dolore sufficienti factas, vel dimidiatas non ex industria, sed ex aliquâ mentis alienatione, non esse repetendas.

De Tribus aliis remediis contrà scrupulos.

C A P. XIII.

NOnum Decimum remedium, ad morbum scrupulorum curandũ, erit, ut Patres spirituales, Animarum medici, Sacerdotes, Confessarii, aliique

Su-

Superiores, quibus cura commissa est Proximorum, dicant Scrupulosis suis subditis: *pusillanimes confortamini;* [y] *ecce Deus vester veniet, & salvabit vos*: nolite timere; confidite: *crastrina erit vobis salus;* [z] tantummodò ut speretis ab Eodem sanari, *Qui vult omnes homines salvos fieri;* [a] *& ut salvos faceret, Medici* [b] *personam assumpsit; semenque Hominis Abraham,* [c] [d] *nō autem Angelos apprehendit, Deus in fine seculi factus Homo.* Nulla quippè melior medicina, remedium nullum aptius; quàm Dei confidentiam ipsis Scrupulosis insinuare. Id enim & animabus Scrupulosorum salubrius, & necessitatibus eorum accomodatius, & omninò ad abigendos Scrupulos vsquè quàque præstantius. Et quidem, quod tempus intervenit, (*repetat nunc Papa Zozimus*) [e] quo Dei non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, caussis, cogitationibus, perplexitatibus, anxietatibus, hæsitationibus, motibus, *Adiutor, & Protector orandus est Deus.* Quod est temporis, vel momentum, vel intervallum (*carpat iterùm Pelagium Celestinus*

y *Is.* 35. 4.

z Eccles. in vig. Nat.

a 1. *Tim.* 2. 4.

b *Marc.* 2. 17

c *Hebr.* 2. 16.

d *Ioa.* 1. 14.

e Zoz. PP. epist. 1. ad Gal. c 9.

f Celest. 1. PP. Ep. cō- tr. Pelag. cap. 9.

g Psal. 39. 3.

h Ps. 83. 10.

nus) [f] quo ejus Misericordiam exorare non habeamus? In cunctis ergò negotiis, in omnibus nostris necessitatibus, *auxilium de Sancto* [g] est exorandum, atquè humili precatione dicendum: [h] *Protector noster aspice Deus*. Superbum est enim, ut humana natura, fragilis ex se ipsa, aliquid de se præsumat.

Sit igitur Patribus spiritualibus curæ præcipuæ, Scrupulosis subditis suis insinuare diffidentiam sui propriã, confidentiam verò Dei nostri Benignissimi ampliando proponere; ut prò viribus spes omnis in summi Dei Misericordiâ reponatur. Sit illis curæ, sæpiùs Ieremiæ verba Scrupulosis repetere: [i] *Bonus est Dominus sperantibus in eum, Animæ quærenti illum*. Sint insistentes ope grandi ad declamationem Ezechielis; eique credant dicenti: [k] *si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit præcepta mea; omnium iniquitatũm ejus, quas operatus est, non recordabor*. Sint tandèm ad hilarem Christi faciem, cùm Scrupulosis Discipulis suis unà, fiducialiter intendentes;

i Thr. 3. 25.

k Ezech. 18. 21.

l num. 22.

ex-

exhauriantque cum lætitia cordis sui solantis vocem, atque dicentis: [m] *venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis; & Ego reficiam vos.*

Vigesimum erit remedium, ut Scrupulosis dicant Confessarii, nihil illorum scrupulorum, quibus vexantur, mortiferum esse piaculum; nisi tale esse, ex ipsorum met judicio, tantâ noverint certitudine, ut absquè ulla perjurii formidine, mortale illud esse possent jurare. Id quippè tradunt *Vasquez*, [n] & *Azorius*: [o] qui addunt, posse interdùm Quempiam adeò scrupulis agitari, ut ipsi suadere expediat, nè aliquid omninò esse mortale existimet, nisi quod Confessarius ipse in sua conscientia judicet esse mortale. Idem autem dicendum, quò ad consensum alicui inordinatæ passioni præstitum ab ipso Scrupuloso; cui dicere expedit, ipsum omninò non consensisse; nisi de consensu præstito ità sit certus, ut id valeat jurare. Si autem sola Patris spiritualis assertio animum hæsitantis Scrupulosi non compellat credere quod asseritur; poterit ab assertione

tran-

m *Matth.* 11. 28.

n Vasq. 1. 2. q. 19. ar. 6. disp. 67, c. 2. fin. & summ. lib. 1. c. 10. nu. 82.

o Azor. to. 1. Inst. Moral. lib. 2. c. 10. qu. ult.

transire ad præceptum : & si huic non acquiescat, utatur virgâ, quâ Inobedientes corripiuntur. Ità *cum Bonacina*, [p] *Emmanuel Sà.* [q] Nam ùbi arbitrio docti Viri quis veraciter Scrupulosus dicitur; sufficit illi, ad deponendum scrupulum, Scrupulum judicare; etiam si dubitet an sit verè scrupulus, qui aliòqui non esset scrupulus: hoc enim casu, rationabilem habet causam opinandi se grave peccatum non commisisse, nec mortali cõsensisse; vel ob non debitã advertentiam, sivè animi deliberationem, vel ob timoratæ suæ Conscientiæ à quovis pecccato aversionem, ex qua *mallet milliès mori, quàm fœdari.* [r] Doctrinâ quippè Cordatorum teste didicimus, credulitatem Scrupulosorum certitudini æquivalere pacatæ Conscientiæ; ità ut si quis nõ Scrupulosus in quovis opere in tantùm non peccaret, in quantũ prò certo sciret illud opus peccato carere: ità Scrupulosus peccato non adstringitur, opinans se, in illud opus agẽdo, peccatum non commisisse. Et ità communi sententiâ consulunt *Theologi*;

[p] Bonac. to. 2. disp. 2. de pecc. q. 4. pu. 8. nu. 4.

[q] Sà verb. dubium.

[r] Saäuedr. in imp. prò Armell.

Itemque in Gentil. Duc. Ossun.

quos

f.t.u.x.y.z. *quos videre est apud Becanum,* [a] *Bonacinam,* [b] *& Alios.*

Vigesimum primum, ut Scrupulosus ea sola confiteatur facinora, quæ manifesto judicio peccata esse cognoverit; abstinendo à confessione illorum omnium, quæ vel scrupulos judicaverit, vel dubia esse cognoverit. Si enim ad id tandèm Confessarius non perveniat, ut Scrupuloso sibi subdito imperet, imò nec permittat illum de Scrupulis confiteri; nunquàm à scrupulis liberatum in posterùm comprehendet. Scrupuli quippè funes implicantissimæ illæ sunt, de quibus Psaltes: [c] *funes peccatorum circumdederũt me*: adeò ut si omninò, vi ad hibitâ, nõ excutiatur ab illis miserrimus Scrupulosus; in tantùm excruciabitur, ut tandem, ui sibi illatâ, gravatus pereat, absquè redemptione.

Sit itàque & Confessariis, & Pœnitẽtibus scrupulosis regula, [d] [e] [f] ut videlicet, Hi confiteri non teneantur, Illè verò confessionem nullatenùs Ejus excipiat, qui jurare non valeat tutâ Conscientiâ, illud, de quo confiteri haberet, pec-

f Regin. lib. 2. nu. 123.
t Clau. Reg. lib. 1. c. 14. num. 2.
u Vasq. locis cit.
x Azor. c. 20.
y Sanch. oper. mor. l. 1. c 10. n. 82. & 83.
z Em. Sà v. dub. n. 5.
a Becan. p. 2. tr. 1. c. 4. q. 10. nu. 4.
b Bonacin. ubi sup.
c Ps. 118. 61.

Consule DD. ubi suprà.
d Item & Sayr. loc. cit. nu. 3.
e Meroll. to. 2. disp. 3. c. dub. 3. nu. 38.
f Busæus u. Consciẽt. Scrupul. num. 8.

peccatum eſſe ; ſivè id nunquàm aliàs ſe fuiſſe confeſſum:dũmodò probatam habeat Confeſſarius bonam Pœnitentis Conſcientiam ; illumque non dubitet diligentiam omnem adhibuiſse ad integrè confitendum . Si enim iugi æuo Scrupuloſis permitteretur omnia dubia , omnes ſcrupulos Clavibus Sacramentalis Confeſſionis ſubmittere ; quis Scrupuloſorum à ſcrupulis ſanaretur;jugi permanente causâ,jugique manante origine ſcrupulorum?

De Ultimis tribus Remediis generalibus,ad ſcrupulos curandos.

C A P. XIV.

VIgeſimum ſecundum remedium, quod cordariores Medici rerum Spiritualium tradunt,ad curandos ſcrupulos,eſt illud, quod explicare contendit *Valentia*; [g] ut videlicet ipſe Scrupuloſus non ſemper Patrem Spiritualem adeat , ſivè Confeſsarium prò ſuis diluendis ſcrupulis conſulat;ſed quandò-

que

[g] Valent. 1. 2.diſp.2.q. 14. pu. 4. quæſ.vlt.

que per ſemetipſum ſcrupulis ſuis occurrat,illos diſcutiat modo aliquo,probanſque animi hæsitationes eſse,non manifeſta peccata, nihil indè de ipsis curet, nihilipendat, ac tanquàm verè ineptias pueriles exiſtimet,nec prò illis Confeſsarii aures infeſtet; imò erubeſcens ſe ab inimico habitum tanquàm puerum, inimicum ipſum perſequi non cunctetur,nec deſerat,nisi totaliter defugatum. Advertat tamen hoc caſu Pœnitens ipſe;ut non nisi ea sibi remedia applicet, illaque ſibi miniſtret antidota,quæ aliàs ſibi Prælatus, ſivè Confeſſarius propinavit;nè in ipſo remedio, in quo medelam invenire arbitratur, venenum reperiat, quo citiùs occidatur. *Layman* [h] *ideò*,*Vaſquez*, [i] *& Molina* [k] Confeſſarios monent, ut ſcrupuloſis Pœnitentibus ſibi ſubditis regulas patentes tradant, quibus poſſint illi per ſemet ipſos occurrere ſuis ſcrupulis, illoſque reſecare, ipſo non adito Confeſſore. Utentes verò præſcriptis sibi regulis à Confeſſariis,ad ſcrupulos abigēdos, omninò certi ſint ipſi & nullatenùs

h Laym.lib. 1.tr.1.cap. 6.nu.2.& ſeqq.

i Vaſq.diſp. 67.num.2.

k Molin.tr. 4.diſp.13. fine.

tenùs peccatis obſtringi,& quantocyùs ab ipſis ſcrupulis liberari. Nè autẽ Scrupuloſo detur vel occaſio vel materia dilatandi *philacteria*, *magnificandiq; fimbrias* [l] ſuper ſcrupulos; Scrupulos ipſos brevi ut poteſt oratione Confeſſarius cõprimat; ac Pœnitentẽ, ſi aliã materiã præter ſcrupulos Clavibus non ſubmittat, ſinè abſolutione Sacramẽtali ſtatim ad Sacramẽtalẽ Menſam tranſmittat: ſi verò extrà Confeſſionem, conſulendi gratiâ, ad ſuos ſcrupulos aperiendos, ſæpè venerit Scrupuloſus; ſemel & bis poterit excipi (*ait Bonacina*) [m] paucisq; verbis expediri; indèque puncto explanato, difficultateque ſedatâ, ampliùs ad id idem referandum penitùs non admitti.

l *Matth.23, 5.*

m Bon. loco citato.

Vigeſimum tertium Remedium erit, cognitio Scrupulorum, quod verè ſcrupuli ſint, non res dubiæ; nam cognito, ac probato prò vero ſcrupulo, ſcitâque jã diſtantia inter ſcrupulum ipſum, & dubium (ſiquidem dubium parit & judicii incertitudinem, & animi ſuſpenſionem; ſcrupulus verò parit anxietatem, ex argu-

gumento sivè apparentia, cum formidine, adversùs id quod creditur:) non poterit Scrupulosus quivis, tantùm ut ratione sit prædictus, non quiescere, nisi propriis, quæ ut plurimùm suspectæ habendæ sunt, saltèm rationibus Viri probati, ac prudentis sivè Cōfessarii, sivè Patris spiritualis, sivè Superioris; quibus acquiescendum omninò. Et licèt esse soleant tales Scrupulosorum hęsitationes in tantùm graves, & importunæ, ut penè assensum illum prò verò habitum in contrarium obruant, illumque, ac si non esset, apparere non sinant: tamen cùm veraciter sinè dubio sit in mente assensus ille, præcipuè postquàm Virum doctum suos scrupulos suggillantē audivit; non est cur timeat (*ait Alvarez*)[n] scrupulos illos, illasq; hęsitationes contemnere; & secundum illum assensum, levissimum licèt, quo aliquid credit licitum, operari. Confert multùm ideò ipsa (ut prę misimus) certa cognitio Scrupulorum, ad scrupulos abigendos: nam quoties Scrupulus non benè discernitur, non aptè cognoscitur, non apertè pro-

[n] Alu. de vit. Spir. lib. 1. p. 3. c. 12. §. 5. num. 10.

probatur ; ex ſcrupulo fiet dubium : & cùm antehàc cum ſcrupulis operari nõ eſſet peccatũ; poſthæc operando in dubio peccaretur; niſi (ut paulò antè præmiſimus) expediat ad favorem ipſius Scrupuloſi judicare , ut ſcrupuli potiùs ſint non dubia;quæ aliàs in Homine nõ ſcrupuloſo dubia eſſe poſsent , ex quibus operatio impediretur,ne peccatum intercederet operando . Sit autem, gratiâ exempli, quod aperimus:titubat Scrupuloſus an de illo anteactæ vitæ peccato confeſsus ſit; credat Viro probo , vel Confeſsario dicenti ſe fuiſse confeſsum ; non confitendo hoc caſu peccata illa , non peccat; Qui alioqui peccaret,ſi non Scrupuloſus eſset; & in illa titubatione manens, Confeſſionem illorum peccatorum, licèt factam aliàs, modò non iteraret. Hæſitat Scrupuloſus ſuper officii Divini recitatione;an horam illam verè recitaverit:anxius eſt an in Miſsa conſecraverit ; ipſa eius credulitas habenda eſt prò certitudine ; ità ut nullo modo vel recitatio illius horæ Canonicæ,vel Conſecratio ſit repe-

repetenda, tùm maximè Confessario approbante; quod secùs esset, si Scrupulosus non esset; quia eo casu scrupulus ille potiùs habẽdus erit prò dubio, quã prò scrupulo: & in dubiis, operari nõ licèt absquè culpa. Ob idq; *ait Medina*, [o] posse Scrupulosũ aliquid tutò credere, & sequi, quã Alios scrupulis nõ vexatos; utpotè si credat se ità egisse, & dubitet; pergat in opere, quod aggressus est, [p] nec indè dubitet peccato vel levissimo implicari, habitâ illa credulitate prò certitudine rei actæ.

Ultimum, quod *Reginaldus* [q] tradit remedium, Medicina quædam est multis antidotis constans, multisque pharmacorum expressionibus composita; ità ut crederem, non ad Unum, sed ad omnem Scrupulorum multiplicitatem posse aptari; & aptatam, posse illos omnes depellere & curare. Nè autem ex inscitia manus nostræ manipulatio tanta dispereat; utquè talis porrigatur infirmis, qualis ab ipso Phylomedico est composita; non nisi tradens servitor esse volo; ut & Perito ipsi sim charior,

o Medin. 1. 2. q. 19. art. 7.

p Item Navarr. cap. si quis de pœnit. dist. 7. n. 77.

q Reg. par. 1. lib. 2. c. 9. n. 117.

& malè ſe habentibus ſit acceptior.

r Id ubi ſuprà.

Cœterùm (*ait namquè qui modò*) [r] ut in corporali, ſic in Spirituali medicina, prò principio habendum eſt, contraria aptè adhibéda, ad contrariorum operationem; variaque antidota variis morborum generibus accomodanda eſſe, ſpectando cujuſcũq; morbi cauſã; ut ex morbi cognitione, facilior ſit curatio. Undè ſi ſcrupuli cauſa ſit aliquod argumentum, ſeu ratio; ad illius curationem adhiberi poterit medicina de ſequendo judicio Prudentiorum. Si cauſa Scrupuli ſit, Corporis malè affecti, ac cerebri propterea perturbati vitium: Is ſanandus eſt remedio pharmacorum, quibus curatur corpus. Si ſit tentatio Diaboli; applicanda eſt medicina devotæ orationis. Si ex conſuetudine Virorum, aut lectione librorum ſcrupuloſorum, ab iis eſt abſtinendum. Si ex ignorantia; legendum eſt, conferendũ, conſulendum, ac Prudentioribus obtẽperandum. Si ex inconſtantia in rebus agendis; aſſueſcendum eſt, conſtanter exequi, quòd ſemel rectum deliberatũ fue-

fuerit, nihilque contrariâ dubitatione moveri: ob idque Confessario danda est opera, ut non timidè, sed fidenter absolutèque præcipiat quod est agendũ. Nam si Medicus medendo vacillaverit, non poterit in Aegroto esse securitas; & negare dicitur non dare, qui dubiam dat salutem Afflictis. Si ex vehementi imaginatione Scrupulus oriatur; avertenda est cogitatio, & aliò evocanda, atque paulatim desvescenda phantasia; ut non ità laxis habenis feratur, Nosque nolentes rapiat. Si deniquè ex nimia sollicitudine; id omne erit cavendum, quod aggravat; id omne vitandum, quod solicitat; id omne fugiẽdum, quod malum infert. Et si fortè sollicitudo tanta hæc proveniat ex indiscreto puritatis studio, vel inordinato Dei timore: sit prò medicina, consideratio: Nos quidquam benè agere posse sinè Dei auxilio speciali; prò ut in Evangelio Christus: [f] *sinè me nihil potestis facere*: ac propterea nec nimiùm nostris viribus fisi, nec diffisi plurimùm adiutorio Dei Patris; non Deum Tyran-

[f] Ioa. 15. 5.

num esse credamus, non Nos esse Angelos arbitremur. *Hæc Reginaldus.* Quibus si duo item addantur, *ex Alvarez;* [t] erit omninò ab solutissima medicina. Si scilicèt ipsi Scrupuli à Deo procedant, nostram socordiam castigante; defectus vitandi sunt licèt minimi: nàm & minima quæque Dei officiunt Puritati, nostræque obsunt profectioni; ità ut ex ipsis castigari digni meriti simus. Si autem Ipso Deo nostro Nos probante eveniant; prò ut in textu: [u] *probasti nos Deus, igneque Nos examinasti, sicut examinatur argentum:* & aliàs centiès, ut passim in Scripturis: *tentat uos Deus:* [x] *tentavit Deus Abraham:* [y] *proba me Domine, & tenta me:* [z] *quoniam Deus tentavit eos, & invenit illos dignos se:* [a] *hoc autem dicebat tentans eum.* [b] *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te:* &c. [c] si inquā ipso Deo nostro Nos probante eveniant, Scrupuli ipsi patienter sunt tolerandi. Et hæc satis prò materiis generalibus Scrupulorum.

t Alu. de vit. Spir. ubi suprà num. 3.

u Ps. 65. 10.

x Deut. 13. 3.

y Genes. 22. 1

z Psal. 25. 2.

a Sap. 3. 5.

b Ioa. 6. 6.

c Tob. 12. 13.

At quia aliquot nōnūquā solent emergere speciales, quibus & speciales ali-

quot

quot Medicinæ sũt applicandæ: de quibuſdã ſpecialibus Scrupulis, deq; illorum remediis, paucula item alia eſſe adiicienda curabimus: ut tandèm ad materiam, quàm tractandam excepimus, *omnem*, ad modulum noſtrum, & ipſi *Iuſtitiam impleviſſe* videamur.

De Duplici Scrupuloſo, Conſcientiæ timoratæ, & Liberioris: dequè Scrupuloſis deperditæ vitæ.

CAP. XV.

MAteriam attingimus, cœteris antedictis paulò ſubtiliorem, ac delicatiorem; dum à generalibus, quibus ſatisfeciſſe credimus, ad quædam deſcendere pertentamus particularia, quæ grandem illam Medicinæ, quam non habemus, artem expeterent, illi non diſparem, de qua Periti aliquot telam ſuã expoſuerunt; ut ibi: [d] *diſcretio Lepræ à Lepra*. At non Nobis ipſis cõfiſi, pròut aliàs; ſed Illi primò primùm, *Cui curæ jam fuit, facere & docere*: [e] indèque

[d] Emm. Sà. v. Confeſſ.

[e] Act. 1. 1.

dèque Cœteris,quiOrbi dati fuere Magiſtri: Nobis non interdicimus, *micas illas*, [f] *quæ cadunt de menſa dominorum noſtrorum* & excipere, & miniſtrare.

Sit ergò primùm noſſe,Quisnàm verè ſit Scrupuloſus timoratæ Conſcientiæ:Quis indè ſcrupuloſus dicaturConſcientiæ liberioris:ac demùm,Scrupuloſi vitæ deperditæ Qui ſignentur. Scrupuloſus itàque Conſcientiæ timoratæ Ille dicitur, *ex Doctoribus*, [g] [h] qui ſcrupulis angitur, tùm de perpeſſis malis præteritis,tum prò vitandis malis futuris. Is enim ut plurimùm vexari ſolet duplici Conſcientiæ ſtimulo, uno videlicet,an benè confeſsus ſit de præteritis; an bonam & rectam emendationem fecerit; an debitè ſatisfecerit; an injunctam pœnitentiam adimpleverit; an aliquid eſsentiale omiſerit; an integrè peccata ſua gravia aperverit; an demùm propoſitum rectum habuerit ampliùs non peccandi: altero autem, an omnes peccandi occaſiones devitet; an ſit moroſus in malis cogitationibus; an id omne faciat, ad quod præcipuâ obli-

f Matth.15. 27.

g Sylv. v. ſcrupul.n. 1.

h Emm.Sà v.ſcrupul.

obligatione tenetur;an proprium debitum absolutâ perfectione adimpleat;an consentiat tandèm sivè opere, sivè voce,sivè cogitatione, sivè nuto, sivè aliquo aliò vel implicito vel explicito consensu malis illis operibus, quæ procedi solent ex malo,ex Diabolo videlicet, qui non cessat omnia Mundi Bona in malum convertere contrà hominẽ;ut Deo sit inimicus.De hoc autẽ Scrupuloso variè loqui solentDoctores, varièq; hanc suam bonã infirmitatẽ,nè sibi vertatur in malam,mederi curant: ut videlicet,omnia sua, sivè extrinseca, sivè in Animæ intrinseco recondita, Patri suo Spirituali aperiat,à quo totaliter pendeat; nec aliquid contrà illius voluntatem & ordinem exequatur;nisi velit in ipsa sua, bona licèt infirmitate, perire. Caveant verò ejusmodi Patres spirituales, taliumque delicatarum Animarum Directores,nè hos suos subditos nimis deterreant, vel verborum acerbitate,vel iræ Divinæ memoratione, vel aggravatione peccaminum, vel operum suggillatione, vel pœni-

tentiæ oneratione, vel ſupercilij gravitate, sivè alio aliquo immiſso metu æternæ damnationis, quo & pusillanimiores reddantur, & in ipsis ſuis ſcrupulis tenaciores: nam prò iiſdem, illorumque caſu (ex quo ſolent ut plurimùm ejus generisHomines ad deſperationem uſquè devenire) diſtrictiſſimè Iudici æterno rationem erunt in judicio reddituri;dicente Domino per Prophetam:[i] *Sanguinem Populi tibi ſubditi de manu tua requiram*. Illi autem, qui in delicatiſſima Conſciẽtia ſua,tàm gravi, grandique morbo gravantur; ut *feſtucæ ſingulæ ſibi trabes*[k] *ſemper eſſe videantur*: caveant nè Patribus ſuis Spiritualibus & in minimis quibuſque non pareant; tùm maximè cùm illis præcipitur(quod omninò, præcepto interposito, exequi cùm iis debent Confeſsarii) nè confeſſiones ſuas iterent, nevè confiteantur (*prò ut conſulit Sà*)[l] nisi ea peccata, de quibus jurare poſsint fuiſse mortalia, & antehàc nunquàm in antecedentibus confeſſionibus explanata. Nam ſecùs: erunt quidèm ſemper perplexi, ſem-

i Ezech.3.18. & 33.6.

k Matth.7.3

l Emm.Sà v. dubium nu.5.

ſemper anxii, ſemper hærentes, eruntq; in Conſcientiæ dilaceratione perpetua diſtracti plurimùm; omnimodã Confeſſionis integritatem, cùm diſpendio utriuſque Hominis, procurare: quod quanti sit damni, quantùmve afferat detrimenti, *explicant Clavis Regia*, [m] *Bonacina*, [n] *Vaſquez*, [o] *Layman*, [p] *Cæterique ejus generis Præceptores; quibus hærent Azorius*, [q] *Sanchez*, [r] *Emmanuel Sà*, [ſ] *Conichius*, [t] *Reginaldus*: [u] *& Homobonus* [x] *tandèm*, qui libro primo de ſtudio Confeſſionis hæc ſcribit; ut Scrupuloſos Conſcientiæ teneræ, ab iterandis confeſſionibus, tanquàm à malo perniciosiſſimo alienet: arbitrantur ut plurimùm Scrupulosi ſui mali remedium eſse, confeſſionum reiterationem frequentem; cùm nihil eâ perniciosius sit. Eſt enim hæc ægritudo non absimilis ſcabiei prurientis, ac mordicantis, cujus affricatio voluptatem parit ingentem; ſed id remedii morbum non ſanat, imò recrudeſcere facit, non sinè magno inflammationis periculo, doloremquè, ac pœnitudinem improbæ voluptatis

m Clav. Reg. l. 1. c. 14. n. 2.

n Bon. diſp. 2. de pecc. to. 2 q. 4. p. 8. nu. 4.

o Vaſq p. 2. diſp. 67. cap. 2.

p Laym. lib. 1. tr. 1. c. 6. num. 2.

q Azor. c. 20. quæſt. 10.

r Sanch. in op. mor. li. 1. c. 10. nu. 63. 82. & 85.

ſ Emman. Sà ubi ſup.

t Conich. 2. 2. q. 2. diſp. 7. num. 63.

u Regin. in prax. par. 1. lib. 2. c. 10. nu. 128.

x Homob. lib. 1. cap. 13. nu. 20.

tatis relinquit. Undè jure meritò de hoc ſcabioſæ Conſcientiæ morbo dici poterit illud Ieremiæ: [y] *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata; derelinquamus eam.* Hactenus Homobonus.

[y] Ierem. 51. 9

Scrupuloſus verò Conſcientiæ liberioris ille eſſe dicitur, qui in recognoſcendis ac reconfitendis præteritis licèt multùm ſit anxius; tamen in præcavendis futuris negligens ac incurioſus eſſe probatur. Status autem Ejuſmodi non ſatis in tuto eſt, *ex Fornario*: [z] ac propterea nec ſani dici poterit intellectus, nec veraciter Conſcientiæ timoratæ: quin imò proximus erit utrique malo, & videlicet prò nimia anxietate præteritorum amens fieri (prò ut experientia multorum docet Nos) & prò ingenti præſentium laſſitudine in præceps ire. Quid autem remedii ejus generis Morboſis dari debeat, *Bonacina eſt conſulendus*, [a] qui docet: cū hujuſmodi Scrupuloſis cautiùs eſſe agēdum, quàm cum aliis, qui ex timore Divinæ offenſæ ſcrupulis vexantur; quia in his non æqualiter militant rationes excu-

[z] Martin. Forn. inſt. Confeſſ. tr. 2. c. 18. §. 2.

[a] Bonac. ubi ſup. nu. 4.

excuſationis, quas prò Scrupuloſis timoratæ Conſcientiæ adduximus. Quãquàm & concedo Iſtorum dubia & in mitiorẽ partẽ eſſe explicanda, & Confeſſarium etiam cum hujuſmodi Scrupuloſis poſſe prædictis remediis, atque regulis uti, prò ut prudentia, & recta ratio dictauerit. Monendi tamen, [b] ſeveràque erunt Hi oratione gravandi, & adhortandi; ut frequentiores ſint in recipiendis pœnitẽtiæ & Euchariſtiæ Sacramentis, ſintque cautiores in præcavendis peccatis præſentibus, fugiendiſque converſationibus ad peccandum alliciẽtibus; nè puſillanimiores evadãt in poſterùm prò confeſſis. Nam niſi ſollicitiores eſſe incipiant, circà præſentia, ac futura mala vitanda; nihil omninò illis ſollicitudo proderit, an ritè rectèq; de admiſſis præteritis, & confeſſis adhùc ſint expiati. Quinimò in graviore erũt damnatione apud AEternum Iudicem, ùbi ex effrænatione, libertateque peccandi condemnari contingerit ex Iuſtitia, conſtituti jàm antehâc prò admiſſis præteritis in timore; quàm

[b] Conſul. item Clau. Reg. lib. 1. c. 14. n. 4.

quàm essent, si nunquàm Conscientiæ scrupulosæ stimulos passi fuissent: nàm [c] *Potentes potenter tormenta patientur*: *et servus sciens voluntatem Domini, & non faciens, vapulabit multis.* [d]

c Sap. 6. 7.

d Luc. 12. 47.

De Scrupulosis tandèm vitæ deperditę; quia inani vocabulo Scrupulosi dicuntur, suntque illorum scrupuli tanquàm funes tenaciùs illorum Conscientias alligantes, ac tanquàm arenæ pergraviùs illorum Animas deperditas aggravantes; pauca habemus hìc annectere, ut totum negotium absolvamus: scire contenti, ejus generis Scrupulosos illis esse similes, de quibus tuba vulgaris canit: [e] *furantur bovem, ut cornua Pauperibus distribuant*: ut ex ipsa eleemosina multò graviùs condemnentur. De his autẽ Scriptura: [f] *Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ; qui decimatis menthã, & anhætum, & cyminum* (en Scrupulosum esse in levioribus) *& reliquistis, quæ graviora sunt legis, Iudicium, & Misericordiam, & Fidem*: (en esse incuriosum in grauioribus) *hæc oportuit facere, & illa non omittere*: idest Eleemosinis insistere,

e Engelgr. Cœl. Empyr.

f Matth. 23. 23.

scru-

ſcrupulisq; prò peccatis angi, bonum: ſed optimum valdè erit, Legis eſſentialia adimplere; rapinas & adulteria vitare; omniumq: peccatorum genera non admittere. *Duces cæci* (ſequitur textus)[g] *ex colantes culicem, camelum autem glutiẽtes. Uæ vobis, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis,* [h] *quæ foris parent hominibus ſpecioſa; intùs verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcicia. ſic & vos àforis quidèm paretis hominibus juſti;* [i] *intùs autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate.* Hæc de talibus deperditæ vitæ Scrupuloſis AEterna Veritas. Horum autẽ *via pariter ac vita, licèt illis met recta videatur; noviſſima tamen ejus* (prò ut Sapiens)[k] *ducunt ad mortem*: & paulò antè clariùs: [l] *Via ſtulti recta in oculis ejus; qui autem ſapiens eſt audit conſilia.*

g *Matth.* 23. 24.

h num. 27.

i num. 28.

k *Prov.* 16. 25.

l *Prov.* 12. 15.

De Scrupulosis, qui nimis anxii sunt, peccata venalia confiteri: dequè Remedio prò iisdem.

CAP. XVI.

SOlent & Aliquos quandòque minima quæquè in tantùm infestare, ut non sinant eos nisi cùm tædio vivere; credentes, vel se ipsos esse semper obnoxios culpis gravibus, *ex quibus inimici Summi Dei constituuntur*: [m] vel ex ipsismet culpis levibus taliter malignari, ut nisi quantocyùs expientur, [n] *sint in eadem damnatione*, quâ graviter Delinquentes: ac propterea recogitantes sæpiùs, menteque suâ timida Sapientis illam sententiam revolventes, ad suūquè sensum interpretantes: [o] *qui spernit modica, paulatim decidit*: prò modicis quibuscùmque, quibus omninò humana fragilitas carere nō potest (*ut cōmuniter Patres* [p. q. r. s. t.]) anxiātur adeò, excruciantur, solliciti sunt, sunt hærentes; ut sibi ipsis sint graves, vivere tedeat, pi-

m Iac. 4. 4.
n Luc. 23. 40.
o Eccl. 19. 1.
p Aug. tr. 26. in Ioa.
q ... eg. ho. ... Euang.
r Red ... qu. ... g. to. 3. q. 66. ar. 3.
s Ge: s. tr. de diu. D'ab. tentat.
t Ex Epist. Vib. PP. ... de inst. ... fii Co... Christ.

pigeatque Spiritualibus posthàc insistere:nullum à bonis operibus prò salute sua arbitrantes suffragium exhaurire. Undè & molesti fiunt; & Spiritus gravedine comprimuntur; eòque ex mala acedia pertrahuntur,ut in laqueũ damnationis æternæ incidant desperati. Proh dolor! [u] *Quàm parvus ignis, quàm magnam sylvam incendit! Qui credebantur enim Bases firmissimæ,& Columnæ:* [x] ac propterea inconcussibiles omni vento; flatu exiguo prosternuntur:ità ut fiant omnimodò contemptibiles. Proh stupor! Aestuo constitutus in agonia. Minimæ sunt arenæ;sed opprimunt, sed deiiciunt non exemptæ. Exiguæ guttæ sunt; sed contemptæ, Naues emergunt. Calculi contemptibiliores sunt omni lapide; sed multiplicari relicti, Iterantem remorant,nè impleat missionem. Quid plura? Muscæ sunt omni volatili breviores; & tamen, *Augustino judice,* [y] in infestationis initio non cohibitæ, apostatare fecerunt à fide in fide Quendam optimè radicatum: Et persuasit homini (*ait textus Sanctissimi Patris*

u *Iac,* 3. 5.

x *Galat.* 2.9.

y August. tr. 1. in Ioa. tom. 9.

Patris) quia non à Deo factus est Homo: Diabolo, musca tamẽ mediâ Manichæi, tantum facinus procurante. Ergò vitandi Scrupuli sunt, licèt minimi: quinimo quia minimi, & veraciter de minimis agmentati, in ipsis sunt suis incunabulis præfocandi; nè excreti tandèm, Nos præfocare contendant.

Sit itàque potissimum contrà Scrupulos, culpas minimas quotidiè confiteri, Remedium: minutias spernere, à quibus infestari solitus est Scrupulosus: nec timeat paulatim se decidere, atquè post hæc spreta modica incursurum se graviora: dummodò & id peragat arbitrio boni ac docti Viri, à quo dirigitur; & humilitate in ipsa minimorum parvipentione vtatur; & Zelotypus tandèm sit & minimas quidem culpas, nè dum grandiores, quæ aperta facinora sunt, devitare. Nã si sprétis illis modicis; nè ab ipsis nimiùm infestetur, ac in rebus Spiritualibus reddatur acediosus; evadat indè fortassis Conscientiæ crassioris; ità ut fiat incuriosus etiã à gravibus abstinere: non solùm paulatim

latim decidet, ac incidet in majora; sed in profundum abyssi cadet indubitatò: à gravedine pressus innumerabilium subsequentium peccatorum. Omnia enim nimia, omnia quidem extrema, sunt vitiosa. Undè adagium: [z] *nè quid nimis*: sicquè optimum semper medium, viaque ad perfectionem tutissima, quæ imperfectionem devitat extremitatis; nàm & extrema quæquè vel vitiosa ut plurimùm esse solent, vel infensa Humanitati; propalante Illo quondàm interim cantu suo: *medium tenuere Beati*: Beatitudine ipsa jàm in Throno Salomonis exculptâ: *media Charitate constratâ.* [a]

Persuasum sibi igitur habeat Scrupulosus ejusmodi, *ex Sacro Sanctæ Synodis Tridentini doctrinâ*, [b] se posse tales culpas minimas, quæ verè minimæ cognoscuntur, ac sunt, sinè culpa in Confessione Sacramentali tacere, delerique posse aliis multis modis, quos ex Iure Canonico collectos refert *Doctissimus Hostiensis*: [c] dignâ nempè, ac devotâ Eucharistiæ sumptione, Aquæ Benedictæ

z Manut. in Adag.

Boëtius

a Cantic. 3. 18.

b Trid. sess. 14. cap. 5.

c Hostien. in summ. tit. de pœnit. & remiss. §. de quib. peccatis, &c.

aſperſione, Epiſcopali benedictione, Eleemoſinarũ largitione, Orationis Dominicæ recitatione, jejuniorum impletione, devotâque pectoris tunctione, ex qua ſaltèm Actritio prò commiſſis, niſi vera Contritio ſolet ut plurimùm excitari.

Demùm habes præcipuè *apud Gerſonem* [d] Remedium, tali ſcrupuloſitatis minimorum confitendi pluriès, ac reconfitendi morbo præſcriptum; ut ſcilicèt & Sapientis conſilio acquieſcat: *noli eſſe nimis juſtus, nè obſtupeſcas:* [e] & monitu Divino pareat: *nè ſolliciti ſitis Animæ veſtræ:* [f] propterea abſtineat omninò, neceſſe eſt, Scrupuloſus ab anxia ſuorum minimorum defectuum conſideratione, & in ſuis Confeſsionibus nimis prolixa recitatione, inquietudinem animæ ſuæ, Deo minimè acceptã, generante, ac tædium vitæ Spiritualis afferente: quandòquidem peccatis gravioribus ſigillatim, & in particulari, cũ ſuis omnibus circumſtantiis, in Confeſſione detectis, ſufficiat indè ſibi leviora in genere, ſuccinteque referre; multò ma-

d Gerſon. tract. de diu. diab. tentat. lit. a.

e *Eccl.* 7. 17.

f *Matth.* 6. 25.

magis in Dei misericordia, quàm in sua ipsius diligentia confidendo. *Hæc Gerson.Et Divus Thomas*[g] notat prò coronide: in omni Virtute morali peccare posse Homines non solùm per defectũ, sed etiam per excessum: quod validum debet incutere timorem talibus Scrupulosis; quibus ideò dicimus iteratò: *Nè quid nimis*:

[g] D. Tho. p. 2. q. 64. ar. 1.

Scrupuli de cogitationibus fœdæ libidinis; vel infidelitatis; sivè blasphemiæ contrà Deum, & Sanctos: sivè iræ, vel invidiæ, vel odii ergà Proximos, quomodò curandi.

CAP. XVII.

Duplex *à Doctoribus*,[h] circà peccatorum materiam, datur consensus; unus, qui dicitur expressus; alter qui vocatur tacitus. Consensus expressus est ille, quem actus sequitur voluntatis, quo exprefsè peccatum vult, & iniquitatem amplectitur: qui pafsim *à Scholasticis* vocatur consensus formalis:

[h] Alvar. de vit. Sp. to. 2. l. 1. p. 3. c. 12.

inferos,non dolentes. Hæc autem peccata sunt occulta, quæ uti cœteris graviora , rogabat Psaltes sibi ex misericordia condonari , dicens :[i] *ab occultis meis munda me Domine.*

[i] *Psal.*18.13.

At quia credimus utrique consensui aversos esseSpirituales homines,quibus curæ est nullum Diabolo aditum præbere;nè in Arcem introëat Animæ;ambos illos ideò tantùm attigisse sufficiat, ut ab his , in quorum gratiam hæc remedia contrà Scrupulos exposuimus, & prænoscantur,& caveantur. Restat propterea nunc Nobis subsequenti examine aperire,nisi meliùs,à non verò , supposito licèt à Scrupulosis, verum cõsensum,quo fit Homo reus in tribunali,secernere: ut Qui scrupulis vexantur, an forte gravitati consenserint , noscant, sciantque certò non consensisse;ac propterea sint securi,àGratia nõ excidisse.

Sit igitur Regula uti prima , ità potior,ac præcipua , *à Divo Augustino* tradita: [k] *Non est peccatum nisi volitum*;nec volitum dicitur usquèquaquè , nisi voluntas liberè adsit consentiendi pecca-

[k] August. de pecc. & grat.

 to,

to, cui pedissequa posthæc statim subsequitur delectatio. Indè autem Docti: [l] *si sentis, & non consentis, nullum peccatum est tibi*: nam aliud est peccati motus sentire, aliud peccati morsibus consentire. Elimina ergò consensum à sensu; & peccatum ipsum tibi vertetur in gloriam: siquidem gloriosior eris, ùbi tentatus à peccato, peccati victor evades; quàm si nunquàm peccati fuisses vinculis alligatus. Undè *ex Rodriquez*, [m] *ait Gerson*; quod & si Aliqui variè divexantur à Dæmone, importunisque tentantur & agitantur cogitationibus blasphemiarum contrà Deũ, & Virginem, Angelos, atquè Beatos; contrà fidem, & castitatem, contrà Proximos, & propinquos, tùm maximè inter orandum & psallendum, inter contemplandum, Deoque sacrificandum, tempore quo deberent Homines esse puriores & castiores, fideliores & humiliores, omnique absolutâ Virtute perfectiores: tamen ex his accidentibus non desperent, nec credant propterea se esse Deo exosos, vel Gratiæ Dei aver-

l Alvar. & Bonac. ubi sup.

m Gerson. apud Rodriq. quæst. Reg. to. 3. q. 66. ar. 3.

aversos, sivè justitiâ spoliatos; quinimò magis magisque spiritualibus exercitiis insistentes, sperent in Dei adiutorio,[n] *& in potentia Virtutis ejus*; illumque invocent, *qui Adiutor dicitur in opportunitatibus, in tribulatione.*[o] Nunquã enim in fœdis talibus cogitationibus, horrendisque criminibus est peccatum saltem mortale, nisi quandò & Voluntas illis consentit, & favet; & cum delectatione cogitationes earum rerum amplectitur, deliberatèque gaudet, eas adesse. Nã quandò illis nõ consentitur; quin potiùs animum cruciant, mentem dilacerant, corda discerpunt; licèt videatur Homini Scrupuloso in iisdem morositatẽ aliquam commisisse, iisdemque aliquali modulo delectatum fuisse, tamen illi imputantur ad meritum, & peccatorum admissorum purgationem; tùm propter difficultatem, quâ vinci solent; tùm propter repugnantiam, quâ utitur Patiens, nè succumbat.

n *Eph.* 6. 10.

o *Ps.* 9. 10.

Undè in his generibus horrendarum spurcitiarũ, gravissimorumque facinorum tentatus, debet & ferventior fieri

in orando,& esse alacrior in pugnando, & certior in vincendo : siquidèm tanquàm Bellator fortis ab Inimico habitus; non armis ordinariis,non simplicibus ac vilibus tentamentis est impetitus;sed more Magnatûm,ad instar AEquitum,fortioribus læsus est : ideò ex gratia Dei speciali illæsus exiens , Inimicum irrideat; habeatque tanquàm Canem latrantem , sed non mordentem: *dum illi dentes contriuit* [p] *Qui potestatem habet tela omnia Nequissimi ignea extinguere* , [q] *Fortis Deus* . Confortatus igitur gratiâ Roborantis:*non respondeat stulto justà stultitiam suam* : [r] non litiget cum Hoste devicto;non examinare contendat anxius de victoriæ qualitatibus, & an aliquantulùm exierit sauciatus:sed tantùm in Spiritu Santo gaudeat, se non occisum fuisse ab Inimico: repetens interim contrà devictum Serpentem quæ olim Michael : *Quis ut Deus* ? Genua flectat , adoransque Dei Matrem & Virginèm , à qua Humano Generi omne bonum , illi dicat quæ initiò Reparationis Humanæ Gabriel :

p Ps.3.8.
q Eph.6.16.
r Prov. 26. 4.

Aue

Aue Maria. Adoret Trinitatem, fidem confitendo, quam cum Apostolis tenet Ecclesia; dicatque: *Credo.* Pulset tandèm ad ostium Divinitatis reverenter, utens Oratione Dominica; profitensque quod ore proprio Verbum Caro Factum quotidiè repetendum injunxit; recitet: *Pater noster.* Absolvatque precarias suas Orationes prò illo die cum humili confessione propriorum de præterito facinorum admissorum, dicens: *Confiteor.*

De Scrupulis, qui accidere solent inter Psallendum, & vocaliter Orandum; deque Remediis prò iisdem.

C A P. XVIII.

LUbenti quidèm animo; ut Aliquibus, tùm Scrupulosis, tùm Curiosis morem geram, hìc ducimus aliquantulùm immorandum; ut propositam materiam, quo ad fieri potest enucleatiùs, explanemus; nè sit in posterùm qui ex scrupulositate Precum Horariarum, ex obligatione persolvendarum, angatur. Quia enim multos, nisi dixerim melùs, pe-

penè Omnes, obligationi Officii Divini addictos, tùm potissimũ Religiosos Scrupuli exagitant nõ exigui, quo ad intentionẽ in recitando; circà tẽpus in persolvendo, quo ad modum in proferẽdo; ac multis multisq; aliis scrupulositatũ generibus, super Pensi hujus quotidiani solutionem Debitores excruciantur; ità ut aliquandò totũ debitum, cum voluntario peccato lethali, non curent exolvere; nè in ipsa septenaria diei solutione, septiformiter, imò plusquàm centiès à supervenientibus indè scrupulis lancinẽtur: ideò casus omnes curæ Nobis est hìc annectere, ut quiescant.

Primò itàque, dum juxtà *Innocentii III.* [f] præceptum, recitandæ sunt horæ Canonicæ studiosè pariter, ac devotè: notabit Qui circà hoc studium atquè devotionem angitur, quod licèt, secùndũ *Azorium*, [t] *Toletum*, [u] *Filliucium*, [x] *Lessium*, [y] *Navarrum*, [z] *Bonacinam*, [a] *Dianam*, [b] & *Alios*, tria requirantur ad id implendũ; ut scilicet absquè syncopa, idest verborum vel omissione, vel notabili intercisione; ut verba non muti-

f Inn. PP. 3. in c. dolẽtes de Celebr. miss.
t Azor. to. 1. lib. 10. cap. 7. q. 11.
u Tol. lib. 2. c. 13. nu. 9.
x Fill. tr. 23. c. 6. q. 6.
y Less. lib. 2. c. 37. d. 21.
z Navarr. de or. c. 13. num. 37.
a Bonac. de hor. disp. 1. q. 3. p. 2. §. 1. nu. 3.
b Dian. de hor. pa. 2. ref. 32.

tilentur,aut truncatim proferantur; ùtque tandem absquè interruptione, sivè temporis interjectione recitentur: tamē valebit recitatio, nec erit reiteranda quoad primum, ùbi syncopatio, vel intercisio, vel omissio erit ex linguæ præcipitantia,sivè balbutie , vel ex justa festinatione, vel ex inadvertentia , sivè demū in id enormis non intercedat excessus , ità ut gravē pariat Alteri scandalum:his enim casibus,nunquā mortale,aliquandò verò nec veniale erit peccatum ; *prò ut comuniter DD. apud Bassæum.* [c] [d] Quo ad secundum verò,gravis culpa non aderit,ac propterea non erit reiteranda recitatio , ùbi syllabarum mutilatio, vel abscissio,sivè ex natura defectuosa procedat,vel notabilem Horarum partem non resecet . Imò *ex doctrina Lessii* , [e] peccato semper carebit etiam veniali talis abscissio syllabarū, licèt notabilis , tantùmmodo fiat involuntariè; quia non violatur præçeptum in re gravi, integrâ manente precum substantiâ;& sensus verborum, & significatio perseveret . Quoad tertium demùm

c Bass.Flor. Theol. v. hor Can.2. num.7. & seqq.

d Consule Barbos. c. dolētes n. 11.

e Less. cit. dub. 10. n. 56.

mùm notabit Scrupulosus, quod tametsi *Navarrus*,[f] *Azorius*,[g] *Emmanuel Sà*,[h] *Medina*,[i] & si Qui sunt Alii eorũ Socii docent, Eos, qui cum interruptione Officium Divinũ recitant, lethaliter peccare, præceptoque non satisfacere, tenerique propterea illud repetere: quia videlicèt pars Divini Officii jamdiù anteà recitata censetur finita; Oratio autèm finita non potest cum subsequẽti continuari: tamen veriorem, ac probabiliorem esse sententiam Contrariam *docet Bassæus*,[k] sivè ad longum, sivè ad breve tèmpus interruptio fiat; ob idque, & peccato mortali carere, & taliter Exolventem non teneri recitationem Officii iterare; & præcepto consequenter Ecclesiæ satisfacere: citatis ad hoc *Filliucio*,[l] *Lessio*,[m] *Diana*,[n] *Suarez*,[o] *Bonacina*,[p] [q] *Aliisque*, sententiam hanc probabiliorem constituentibus.

Secundo, cùm ex Scolasticis, attentio & reverentia requiratur; videndum, quæ & qualis utraque esse debeat; ad hoc ut peccato lethali careat.

Attentio itàque multiplex esse dicitur;

f Apud eun. Bassæum ubi suprà num. 8.
g Navarr. de or. c. 16. num. 75.
h Azor. cit. lib. 10. c. 8. qu. 5.
i Sà v. hor. Can. fin. Medin. de orat. q. 16.
k Bassæ. ubi sup. tom. 1. Hor. Can. 2. num. 16.
l Filliuc. tr. 23. nu. 202.
m Less. dub. 10. n. 57. c. 37. lib. 2.
n Dian. de hor. res. 4. p. 2.
o Suarez. cit. cap. 11. num. 9.
p Bon. cit. num. 30.
q Vid. Bass. ubi suprà n. 19. & sequen.

tur;alia nempè interna,alia externa.Interna eſt,quâ Quis attēdit animum ad Deum,vel res Divinas, excitatque in ſe ergà Deum reverentiam: & hæc alia circà verba,ut rectè pronuncientur;alia circà verborum ſenſum,ut mentę percipiantur;alia circà Deum,ut verba Orationis ad Ipſum dirigantur. Attentio externa eſt,quæ circà externam pronūciationem,& totius Corporis compoſitionē,quâ Quis exteriùs ſe gerit in ſpeciem Orantis, abſtinetque ab operibus externis, cum quibus attentio interna conſiſtere neqnit. Deniquè quævis ex his attentionibus poteſt eſſe vel actualis, vel virtualis; item vel confuſa, vel diſtincta:*prò ut communiter apud Theologos*:Quos,nè Legentes gravemus multiloquio,videre eſt apud *citatū Baſſæum.* [1]

[1] Baſſ. ubi ſuprà.

Attentio autē ſola, ſinè reverentia nō ſufficit,ut Quis dicatur ſatisfeciſſe præcepto recitationis Officii: nam Oratio eſt actus Religionis, ac proindè requirit reverentiam: Vtraque verò,*ex communi PP. ſententia*, interna neceſſaria eſt,ut dicatur ſatisfactoria;quia quæ ſi-

nè

nè ullâ attentione, ac reverentia fiunt, potiùs materialiter proferri dicuntur, quàm per modum Orationis, & laudis Dei. Undè si Quis spontè in officii Divini recitatione distrahatur, peccabit mortaliter;ac propterea ad repetitionē tenebitur, nè lethali ipsa culpâ detineatur; utq; præcepto Ecclesiæ satisfaciat. Et licèt *Divus Antoniuus* [f] *Paludanus*, [t] *Angelus*, [u] *Rosella*, [x] *Tabiena*, [y] *Sylvester*, [z] *Medina*, [a] *Lessius*, [b] *Azorius*, [c] *& Comitolum*: [d] Quibus juncti sunt comites, *Diana*, [e] *Caramuel*, [f] *Lugo*, [g] *Conichius*, [h] *Layman*, [i] *Tamburrinus*, [k] *& Alii*, [l] conati sint contrarium suis auctoritatibus stabilire; ut videlicèt peccato lethali non astringatur Recitans Divinum Officium voluntate Distractus; modò integrè omnia pronunciet, exteriùsque non se occupet iis rebus,quibus omnis attentio defugatur: quibus tantæ auctoritatis Doctoribus mediis,verè manet,*ait qui suprà Bassæus*,hæc sententia satis probabilis; quod idem ac possit sinè culpa lethali executioni mandari:tamen quia *ex Cap.dolentes*: [m] Probabi-

f D.Anton. t Paludan. u Angel. x Rosell. y Tabien. z Sylvest. a Medin. b Lessius. c Azor. d Comitol. e Dian. f Caram. g Lugo h Conich. i Laym. k Tamburr. l Quos refert sigillatim.Bass. loc.cit.nu. 21.

m Inn.3.in cap.dolentes de celebr.miss.

babilior, Veracior, ac Securior prima sẽtentia approbatur; quâ cavetur, nè ſint internâ attentione diſtracti voluntariè Qui in recitatione Divini Officii, ex obligatione præcepti Eccleſiæ exolvèndi, volunt lethali culpâ non alligari: tùm potiſſimùm ſuam poſthæc in id auctoritatem graviſſimam, *Divo Chryſoſtimo* [n] *impertiente*, quâ ait: excuſatio, aut venia dabitur Nobis, ſi cum Amicis loquentes adſumus animo, mentemque adhibemus: cum Deo verò colloquentes, animo in rebus indignis peregrinamur? Poſſet autem tàm fœda ac turpis eſſe peregrinatio illa mentis, ut duplicis ſceleris, ſeu lethalis culpæ labem haberet; vnam (verbi causâ) cogitati, optatique ſtupri, ſiuè homicidii; alteram inſignis injuriæ, quâ Divinæ Preces, Pſalmi, Sacræque Scripturæ verba tunc afficiuntur: ideò hæc videtur probabilior, certior, ac ſecurior remanere; ut requiratur nempè attentio interna ad ſatisfaciendùm præcepto Divini Officii; adeò ut ſi Quis interiùs ſpontè alienis ſe cogitationibus occuparet, præcepto

non

[n] Chriſoſt. homil. 79. ad Populũ Antioch.

non ſatisfaceret, ac proindè lethaliter peccaret. Et ratio eſt quia Eccleſia poteſt actum internum præcipere, quotiès internus eſt de ſubſtantia actus externi.

Nè autem Puſillanimores prò hac ſententia reddantur Scrupuloſi, illiſque gravius ex hoc tædium exolvendi penſum diei Domino debitum, ingeratur; *audiant concludentem Baſſæum*, [o] & conſolentur. *Hic nempè (ex Reginaldo, Filliucio, Navarro, Rodriquez, Bonacina, Sylveſtro, Aliiſque ſummæ gravitatis Doctoribus, ac Theologiis)* hæc ſubnectit: Tamen quandocùmque Quis non poteſt certò affirmare, ſe voluntariè & deliberatè cum plena advertentia fuiſſe diſtractum in Officio, vel in notabili ejus parte, non tenetur ullatenùs Officium totum, ſivè notabilem partem illius repetere: quia in dubiis, in illiſque anxietatibus, melior eſt conditio Poſſidētis: nec pia Mater Eccleſia, ex ſua parte, cū tanto gravamine, in tāntis anxietatibus, cenſetur velle ad Horas obligare. Poſſidet autèm Quis ſuam libertatem, quan-

[o] Baſſ. ſup. cit. hor. Can. 1. nu. 21. §. prohinde in fine & ibi citati DD. in corpore

quandiù de distractione voluntaria certò sibi non constat. *Hæc Bassæus, ex Illis.*

Reverentia tandèm, quàm etiam in Officio necessariam esse diximus, (*firmato iàm, quod attentio interna, nisi actualis, quæ non necessaria, & nisi habitualis, quæ nec necessaria, nec sufficiens; saltē virtualis, quæ & sufficiens, & necessaria: sed nec item necessaria formalis expressa, & explicita; cùm sufficiat tantùm implicita, tacitaque; ut cōmuniter apud DD. cùm D. Toma.* [p]) Reverentia inquàm illa sufficit, nè gravi culpa Recitans irretiatur, utq; præcepto Ecclesiæ satisfaciat; ut videlicèt & in situ corporis, & in exteriori opere, & in Oratione, quam voce explet, actus Religionis, ad Dei cultum ordinatus exhauriatur, ac dignoscatur. Qui enim vel taliter malè compositus suo corpore, vel actis exterioribus voluntariè implicatus, vel tàm simplici intentione, solùm materialiter Psalmos Officii Divini, lectiones, & hymnos legeret, àc cœteras ad oblectationem hystorias; præcepto non satisfaceret, & lethaliter in ipsa Divini Officii persolutione peccaret.

[p] D. Thom. 2.2. qu. 83. art. 13. & ibid. Theologi.

Tertiò demùm, quo ad modum & formulam, pensum Divini Officii persolvendi, illud necessarium esse putant *Theologi*; ut videlicèt Quis in privata recitatione ità verba articulet, ut se ipsum aliqualiter audiat; nam si tantùm vel labia moveret, absquè vlla vocis articulatione, vel in silentio mentaliter legeret, absquè ullo linguæ motu; obligationem ac solutionem sui pensi non adimpleret: licèt *Pater Diana* [q] [r] ad favorem Scrupulosorum, non tamen indistinctè prò Omnibus, libenter admittat quemcumque labiorum vel linguæ motum, absquè eo, quod Recitans se ipsum audiat: siquidèm vox nihil aliud esse dicitur, quā respiratio fracta certo modo per labia, & linguam; ità ut quomodocùmque articuletur, sit vox; & per consequens articulatio audibilis; licèt actu, & per accidens non percipiatur. Qui verò alteri rei vacaret, horas Canonicas recitando, quæ tamen debitam attentionē non impediret; obligationi satisfaceret, nec peccare t. *Ità Sylvester*, [s] *& Cajetanus*, [t] *post Navarrū*, [u] *& Alios.*

q Dian. tr. de Hor. Can. resol. 11. pa. 2.
r Item p. 6. tr. 7. resol. 10.
s Sylvest. in Summa.
t Et Caiet. 2. 2. qu. 83. art. 11. in resp. & ibi Cōclus. 7. vers. si petas.
u Navar. in man. c. 13. num. 49.

Qui

Qui autem Officium prò officio recitaret, vel voluntariè item matutinum, cũ laudibus de Dominica, cœteras verò Horas vel de Sancto vel de feria; mortali nexu non teneretur: si scilicet deditâ opera non semper cùm recitandũ esset de Dominica, vel in omnibus Festis, sivè feriis, Officium feriæ tertiæ recitaret; quia eo casu, sivè etiam si vel in Quadragesima recitaret Quis volũtariè officiũ Paschatis, quod omninò brevius; vel in die Natalis Domini recitaret de Sancto; quod omninò intentioni, cultuique Ecclesiæ oppositum: à mortali culpa alienus non esset, propter defraudationem notabilem, notabilemque cultus Ecclesiastici contemptionem.

Cœterùm, Scrupulosi nõ me ampliùs pulsent clamantes, non se se excrucient lachrymantes: in Orationibus, in Psalmodiis, in agendis Sacrificiis, tùm potissimùm in consecrãdo Corpus & Sanguinem Iesu Christi, debitam non habuisse reverentiam, plenam non exercuisse attentionẽ, siggillatim verba ultima non protulisse, pronunciationemq;

exactam litterarum M & N haudquàquam explésse; ità ut taliter suam mentem occupent hisce minutiis, ut mente capti fiant : nam teste *Rodriquez*, [x] *ex Gersone*, [y] *& Cajetano*, [z] hæc eorũ scrupulositas tanta, evagatio potiùs est, quàm attẽtio; dum attentionem potiùs habent prò objecto intentionis, quàm ipsam attentionem ad verba distinctè, & reverenter dicenda, & ad ipsum met Deum, cui verba diriguntur. Siquidem ipsa mentis attentio in Deum, Consecratione, maxima esse debet non intensivè, & per abstractionem à sensibus, sed maxima obiectivè, & quo ad conatum, infrà latitudinem tamẽ attentionis ad ipsa verba dicenda, ut decet. Ideò sit prò illis remediũ potissimùm salutare, Orationes suas non repetere, verba Cõsecrationis prolata non iterare, licèt modica aliqua vel negligentia, vel distractio intercesserit, quæ Deo est committenda, non humanâ diligentia solidanda. Nam tanta sollicitudó, Orationumque reiteratio nõ faciunt animum tranquillum, nec à scrupulis liberant;

x Rodriqu. quæst. Reg. tom. 3. qu. 66. art. 3. & 4.

y Gers. tr. de remed. contr. Pusill. alphab. 70. lit. B.

z Caiet apud Rod. ubi sup.

sed

ſed potiùs magis inquietant, ſcrupuloſque multiplicant;ità ut magis magiſque evagentur, attendendo non ad verba quæ proferunt, ſed ad attentionem quam imaginantur.

Sic etiam, pari methodo, non ſe perturbet Ille ampliùs, qui corroſus à ſcrupulis dicebat olim: certè Præcepta non impleo, quia diſtractus Miſſam audio; quia ſomnolentus Officium recito; quia in ipſa recitatione deficio; quia ab ipſius mei penſi ſolutione diurna, dolente Capite, ceſſo; quia horarias diei Preces utcùnque poſſum exoluo, impotens matutinas cum laudibus adimplere; quia tandem in Præceptis cœteris implendis non taliter, ut oporteret, me gero: nàm tibi prò me reſpondet *Alvarez*: omnia hìc eſſent Eccleſiæ exponenda Pręcepta, ut omnes prorsùs à te ſcrupuli poſſent evelli: dū veraciter & prudentiùs feruntur, & mitiùs obligant, quàm tu Scrupuloſus arbitraris. At hæc longa res eſt, & extrà propoſitum. Illud tamen documentum propono (*ait ergò qui modò Alvarez*)[a] ut omnia Dei, & Eccle-

[a] Alv. loco ſup. citato num. 5. de Rem. ſpec. cōt. ſcrup.

ſiæ præcepta, prò tua tenuitate, perfectiſſimè ut fieri poteſt, adimpleas. Si autem nec tuo deſiderio, ut par erat, nec Præcepto ſatisfacis; non proptereà inquietè triſteris: quia *Dominum habes ſcientem infirmitatem tuam:*[b] & Matrem non te onerantem ultrà puſilles vires tuas. Conſule igitur Virum doctum, timoratum, & pium de his ſcrupulis tuis, & quod ſemel dixerit, prò regula accipe; & quod ad implendum præceptum ſufficiens affirmaverit, ſufficiens eſſe crede. *Hæc inter alia, dictus Alvarez.*

b *Matth.* 8.17

De Scrupuloſis Religioſæ vitæ cultoribus, nimis anxiè timentibus, ſecùmque diſputantibus, an ſint præſciti, vel Prædeſtinati; deque illorum Remediis.

CAP. XIX.

NUlla quidē amētia inHomine gravior (*Auguſtino iudice*)[c] quā diſputare ſecū interdiù: *Nunquid mundus ſum à peccato? Nunquid placita ſunt Deo opera mea? Nunquid iuſtus conſtitutus ſum apud Deum?* Nunquid omnia perago,

c Aug. cont. Pelag. hypognoſt. lib.6.to.7.

ex

ex quibus antè tribunal non habeam condemnari? Nunquid ero *corde Innocens*, [d] *manibus mundus* in cõſpectu Dei; ut dignè accedam quotidè ad Altare? Nunquid tandem ſalvabor, qui non dubito: *velle Deum omnes homines ſalvos fieri*: [e] ubi ex peccatis meis quotidianis mereor condemnari? Hæc autem, vel ſimilia, ad Prædeſtinationem, vel reprobationem attinentia, nimis anxiè ſecùm omni momento revolvere; ità ut in amentiam corruatur: ſcrupuloſitas eſt ultrò citròque gravior; morbus cunctis omninò periculoſior. Quis enim dicere poterit aliquando: [f] *mundus ſum à peccato*? Quis audebit aſſerere: ſe *gratum eſſe Deo, ſuaq; opera eſſe illi placita*: [g] cùm Iſajas apertè dicat: [h] *omnes juſtitiæ hominum, ſunt quaſi pannus menſtruatæ*: & Pſalmographus: [i] *non intres in iudiciũ cum ſervo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis Vivens*? An nõ veraciter locutus eſt ille: [k] *neſcit Homo, an odio vel amore dignus ſit*? An non verax Ille fuit, qui ait: *ſi dixerimus quod peccatum non habemus*, [l] *ipſi Nos ſeducimus*,

d *Pſal.23.4.*

e *1.Tim.2.4.*

f *Iob.25.4.*

g *Eccl.9.7.*

h *Iſai 64 6.*

i *Pſal.142.2.*

k *Eccl.9.1.*

l *1.Joa.1.8.*

mus, & veritas in nobis non est. An non veritatem expressit, Qui scripsit : [m] *quid superbis Homuncio? Quid enim fuisti, nisi sperma fœtidum; quid es, nisi vas stercorum; quid eris, nisi esca verminum?* Ergò vana omnis Hominum cogitatio; præsumere de cordis munditia, ex ope propria; propriisque viribus operá posse præstare, quæ digna sint Divinâ majestate: cùm Nullus omninò vires ex se habeat : *Iustus coràm Domino, ex suis operibus apparere.* [n] Cesset itàque ab hac anxietate, nimisque scrupulosa vel inquisitione, vel observantia: *cùm non sit Homo vivēs, qui sufficiens sit aliquid boni cogitare,* [o] *ne dum operari ex se, quasi ex se; ùbi omnis sufficientia nostra ex Deo est: sed omne datum optimum, & omne donum perfectū* [p] *descendere à Patre Luminum non addubitet, à quo originaliter omne bonum.*

m Bern. de grad. humilit.
n Iob. 15. 14.
o 1. Cor. 3. 5.
p Iac. 1. 17.

Non te dicas ideò ex operibus tuis præscitum ; quia *vult verè Deus omnes Homines salvos fieri:* [q] ob idque te creavit, te redemit, *te in societatem filiorum* admisit, ut saluus fias: Ipso eodem proptereà tuam infirmitatem, tuaque infirmissi-

q Tim. 2. 4.

missi-

missima opera adiuvante. Non te credas in omnibus tuis operibus peccare, in cunctis constitui inimicum, mille excommunicationibus irretiri, multiplici censurâ alligari; non te proclames præscitum, quia defectuosum ac deficientē te conspicis omni die: Diabolus est, qui has tetras cogitationes immittit; Scrupuli sunt, qui te corrodunt, ut perdant: *confide*, [r] *& sanaberis*: *esto fidelis*, [f] *& saluus eris.* Si enim cum in Seculo eras, tuo vivebas more; si Diabolo tunc temporis seruiebas; si impudicis actibus insistebas; si in operibus omnibus peccato forsitan non vacabas: & tamen in censuras Ecclesiasticas nō incurrebas, excommunicationibus non ligabaris, *in profundum laci* non tuâ consideratione ruebas, condemnatus tanquā prǽscitus: quomodò nunc in Cœnobio positus, inter Cives ascitus, constitutus in tuto, Sanctis actionibus occupatus, ab omni peccandi occasione sequestratus; in omnibus peccas, in omnibus prædicas te damnatum? Quis non hanc esse insaniā advertat? Sed nec te dicas iterùm fra-

r *Matth. 9. 22.*
f *Apoc. 2. 10.*

frater mi,ex actibus tuis Prædeſtinatū; Qui verè *neſcis, an odio dignus ſis*, [t] *vel amore*;dicente Apoſtolo:[u] *nihil mihi conſcius ſum;ſed non in hoc iuſtificatus ſum*: cùm verè eſſe poſſit in Homine talis ac tāta iniquitas occulta (licèt & iniquitatibus manifeſtiſſimis abundemus)ut per eam æternis ſuppliciciis valeat condēnari. Undè Pſalmiſta: [x] *ab occultis meis*(aiebat tremens)*munda me Domine,& ab alienis parce ſervo tuo. Niſi enim Dominus cuſtodierit Civitatem,fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam.*[y] Niſi Dominus,prò ſua gloria, prò ſua Miſericordia, prò meritis Chriſti dilectiſſimi Filii ſui,ſanctæ paſſionis & mortis, prò precibus ferventiſſimis Beatæ Virginis, & Sanctorum, cauſam patrocinantium noſtræ mortalitatis: *Nos in gloriam ſuam* [z] admittere dignaretur:Quis eſſet,qui in illam ingredi, ſuis meritis, pertentaret? Ergò vanum dicere:ſalvabor, quia ſalvatione ſum dignus: glorificabor,quia violentiam operibus meis optimis infero Regno Chriſti: ero prædeſtinatus, quia inter Illos aſcitus, de quibus Paulus:

t Eccl. 9. 1.
u 1.Cor. 4. 4.
x Pſal. 18. 13.
y Pſal. 126. 1
z Luc. 24. 26.

lus:[a] *prædeſtinavit Nos in adoptionem filiorum,per Ieſum Chriſtũ,in ipſum.* Siquidem advertentes ad præcedentia, non debemus & ſequentia præterire, ibidẽ: [b] *ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificavit Nos in dilecto filio ſuo.* Quod & repetiit, nè eſſet prorsùs ſub velo: *prædeſtinati* (non quidem ex merito noſtrarũ operationum) *ſed prædeſtinati ſecundum propoſitũ ejus, Qui operatur omnia,ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.*[c]

[a] Eph.1.5.

[b] num.6.

[c] ibid.nu.11.

Ut itàque illud dicere: ſum Præſcitus,quia quotidianis culpis adſtringor: eſt puſillanimitas,Dei bonitati,& Charitati contraria: ità iſtud dicere: ſum Prædeſtinatus, quia quotidianis bonis operibus inſiſto; eſt temeritas, ac præſumptio,liberæ Dei voluntati oppoſita: ac per conſequens damnabilis Aſſertor conſtituitur ex vtroque. Ergò ſivè dãnandus ex operibus malis; ſivè ex ſola Dei bonitate,te coöperante,ſalvandus; (*non enim ſalvabo te ſinè te: verba ſunt Auguſtini*[d]) optimum tibi erit & à bonis operibus non ceſſare, & Illi abſolu-

[d] Auguſt. in ſoliloq.

tiſ-

tiſſimè te concredere, Cui pluris eſt vita tua, pluriſque Anima tua conſtat, quàm tibi ipſi. An nō alacer eſſes (*ait Alvarez ad propoſitū* [e]) an non ſecurus permaneres, ſi Prædeſtinationem, & Gloriã in tua haberes poteſtate? Ità ſanè, inquis. Cùm tamen ſcias te poſſe dilapidare atque deſtruere, quod à ſola tua poteſtate dependet. Ut quid igitur non eris alacrior, ac vehementiùs non gaudebis, ùbi ſalutem Animæ in manu Illius habes, Qui te pluſquàm tu temet ipsū in infinitum diligit; à cujus manu Nemo te rapiet; à cujus gremio, modò tu velis, nunquàm te Adverſarius vllus excutiet? *Gaude igitur & lætare:* [f] quia Dominum habes; *Qui non vult mortem peccatoris: nequè delectatur in eius perditione; ſed ut magis cōuertatur & viuat.* [g] Imò (*teſte Chryſoſtomo*) [h] Deus ipſe Miſericors quaſi dolet, cùm Hominē propter peccata damnare debet; idque exequitur ſecundum juſtitiam ſuam, quaſi coactus.

e Alv. de vit. Spir. ubi ſuprà num. 6.

f Thr. 4. 21.

g Ezech. 33. 11.

h Chryſoſt. ſup. Epiſt. ad Rom. cap. 1.

Coro-

Coronidis totius operis, Remedium erit ultimum, contrà Scrupulizantes, an ſufficiens illis ſit rectè vivendi propoſitum; & quid facere habeant, ſi talis ac talis peccandi occaſio ſe offerret.

CAP. XX.

PErvenimus tandèm, Deo immenſas gratias, ad portum, quem diù ſuſpiravimus inhiantes: opus abſolvimus, Deo adiutore, quod ad ſalutem Animarum debilium, charitate impellente, exceperamus. Quid reſtat ergò, niſi tandèm Unum prò coronide Illis malè ſe habentibus Remediũ propinare, Qui dicunt interdiù: væ mihi miſero; quid Peccatori accidet, qui ſufficiens in me propoſitum cavendi de cœtero à peccatis non experior; ut mori malim, centièſque inter damnatos aſcribi, quã Deum novis culpis offẽdere; veteribus expiatis? Sed quid iterùm mihi erit; ùbi talis peccandi occaſio, talis illâ concupita re fruendi ſe mihi præbeat opportunitas; nec diſſimulem, nec illam eiiciam, nec illi omninò contrarius perſeve-

severem? Hei mihi! *Quis me liberabit à Corpore mortis hujus?* [i] Quis ab evidenti dãnatione me eruet: cui propinquo?

i *Rom.7.24.*

En remedium, Frater, en medicina, quâ indubitatò salvaberis, fiesque sanus; ùbi eam non despicies, eâque uti non cunctaberis usquequàque. *Gerson* [k] *medicus insignissimus*, illam tibi præscribit; *Reginaldus* [l] illam tibi porrigit, Me ministro: Cave, fili, nè facias, tali casu, propositiones cõparativas; ut videlicet velis graviora tormentorũ genera perpeti, quàm illud peccatum committere; illam damnatorum flammam subire, quàm illi vitio subiacere: sicque arrogantiam propriam protẽdere, Alter Petrus; qui non considerans se imbellem; *nesciensque omninò quid diceret*, [m] ajebat: *etiam si opportuerit me mori tecum, non te negabo*: [n] cùm tamen ad simplicem Ancillæ vocem conterrefactus, protestationis immemor, ait cum juramẽto: *non novi Hominem*. [o] Siquidem potiùs peccandi periculo te exponis, tùm ea proponens, quæ non poteris, porrecta occasione, implere; cùm præsumendo id arrogan-

k Gerson. tr. 8. sup. Magnif. & tr. de diu. Diab.tent. lit.X.

l Reginald ubi sup. n. 127.

m *Luc.9.33.*

n *Matth.26.35.*

o *Matth.26.72.*

rogan-

roganter de temet ipso, quod sinè Dei adiutorio speciali exequi non valebis: quàm si has comparativas propositiones non admisisses.

Meliùs igitur tibi erit, cautiùsque operaberis, dum hisce tibi ab Inimico ingestis scrupulis; vel illi non respondeas, quia stultus; juxtà illud Sapientis: *Nè respondeas stulto juxtà stultitiã suam*: [p] vel illi dicas: id faciam tali casu, quod me facere Deus permiserit: nunc autem Deum meum per suam gratiam offendere prorsùs nolo; nihil mihi præstereà per arrogantiam ascribẽs, nè sim proteruus: sciens, quod cùm tentabor, *non sinet ipse Deus meus me tentari suprà id quod possum, sed faciet cum tentatione proventum, ut possim sustinere.* [q]

Tandèm *Alvarez*, [r] posteriòri anxietati Scrupulosi hujus respondens, id prębet remedii, dicens: de rebus, siuè actibus futuris noli esse sollicitus; & Dæmoni interroganti, quid in hac vel illâ occasione faceres, responde; *quod sufficit diei malitia sua*: [s] ideòque te Deo commissum prædica; *qui dabit tibi auxilium* in

p Prou. 26.4.

q 1. Cor. 10. 13.

r Alu. de vit. Spirit. loc. cit. n. 7

s Matth. 6. 34.

t Psal. 144. 15.

in tempore opportuno. [t] Et hæc satis prò præsenti Scrupulorum materia:cujusRivos claudimus, ad laudem Sanctissimæ & Individuæ Trinitatis, ad gloriã Beatæ semper Virginis, Dei Genitricis Mariæ; ad Sanctorum & Sanctarum honorem: dum *iustitiam illam omnem*, [u] quam, ad nostrũ infirmũ modulum,exequi cœperamus,jàm nunc,ad AnimarumScrupulosorumFratrũ nostrorum profectum, Deo directore, gratiâque matris Dei fautrice,Sanctisq; comitibus, jàm nunc inquàm opere explevimus,ut potuimus: Sanctæ in omnibus Matris Ecclesiæ mẽti Nos conformantes:censurâque illius optima quæque omnia elucubravimus submittentes;ut ex utroque opere,fidei videlicèt & sermonis,Veri ejus Filii dignoscamur: Fratres, interim,Vos meos Charissimos admonẽs tandẽ, ut si quid in hisce,vel aliis meis elucubratis (sivè pennâ adhùc picta ipsa sint, sivè jàm ex obscuritate per typos eruta; quæ quidemVobis legenda propono,non ut *ex fructibus* [x] *ignoscatis authorem;* quia ex ipsis mihi [illegible]properia cumularem,

u Matth. 3. 15.

x Matth. 7. 16.

sed

ſed ut ex ijs aliquid Vobis boni cōmercemini ad Salutē) ut ſi quid inquàm ſit, quod bonū eſſe videatur; nō illud Mihi malo, ex quo omnis mali ſpecies; ſed D.O.M. à Quo omne procedit bonum, aſcribere non cunctemini: ut & Vobis, & mihi illud prodeſſe comperiamur. Amē.

SVMMAE TRINITATI LAVS.

Oh vtinam, vnus in Mundo mundus inveniretur Typographorum! At Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fœmina nonnè fœtus omnis ex fœce? Ergò immundi Omnes quotquot ſumus in Mundo, ubi Nemo ſinè crimine vivit. Errant itàque typi: erramus Omnes: Quiautem errore caret, Primus mittat lapidem in Errantes. Tu uerò, Qui cū Cœteris erras?

Errata			Corrige
Pag.41.	lin.18.	Scropuloſorum	Scrupuloſorum
49.	19.	exerminat	exterminat
53.	poſt.	9.44.	qu.44.
54.	5.	apperiento	aperiente
70.	22.	*Bacanus*	*Becanus.*
74.	9.	timor	timore
99.	19.	Epicheyam	Epychejam
122.	poſt.	*Deut.*15.3.	*Deut.*13.3.
130.	21.	anhætum	anhetum
133.	15.	ſunr	ſunt
149.	9.	Chryſoſtimo	Chryſoſtomo
150.	14.	Theologiis	Theologis

Si qua verò ſint alia, prudentiâ Lector corrigat, beneq; diù valeat; ut prò me Dominum deprecetur.

Breuissimum, quasi memoriale, siuè Corollarium, Remediorum Generalium Contrà Scrupulos.

Post hæc autem, Particularia.

NOI RIFORMATORI

dello ſtudio di Padova.

HAvendo veduto, per fede del P. Inquiſitore, nel libro intitolato *Empyrica ad Scrupulos curandos Remedia*, del *Dottore Innocenzo Aſconava N.C.A.* non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; e parimente, per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi; concediamo licenza à Zaccaria Conſatti di poterlo ſtampare, oſſervando gli ordini, &c. li 4. Novembre 1686.

{ *Girolamo Baſadonna Proc. Refor.*
{ *Nicolò Venier Proc. Ref.*
{ *Girolamo Gradenigo Proc. Ref.*

Gio: Battiſta Nicoloſi Segret.

Regiſtrato nel mag. dell'eſſec. contra la Biaſtemma.

Carlo Antonio Gradenigo Nod.

Imprimatur. Fr. Thomas Ravecta Inquisitor Generalis Venetiarum.

INDEX

INDEX RERUM NOTABILIUM.

C

sit

D

Epy-

O

P

Q

F I N I S.

Deo Gratias, & Mariæ.